IO. ALBERTI BOSSII
INSTITVTIONES GRAMMATICAE,

MVLTIIVGIS MENDIS; QVIBVS SCATEbant, expurgatæ, & demum à Bartholomæo Moirano Scholiastæ recognitæ; quæ ab alijs quibusdam ante hac fuerant peruersæ post primam incorruptam eius opera editionem.

pertinet [illegible]







MEDIOLANI,
Apud Pacificum Pontium. Anno salutis.
M. D. LXXIX.




Ioannes Albertus Bossius Clericus ad Lectorem.

PERMVLTAE a compluribus sunt editæ Regulæ, quarum aliæ, & siquidem optimæ, ob proxilitatem tamen in ludis litterarijs despiciuntur, aliæ vero quam conimunis adolescentiū patiatur vtilitas multo breuiores existunt, quædam etiam præceptis ijs sunt refertæ quæ contra ipsam benedicendi artem esse ob optimis quibusque iudicentur. Pueris igitur conducere volens, his omnibus pariter resolutis, omnia quæque delegi, atque in regulas has nec breues nimis, nec prolixas redegi, & interrogatorias sane, & responsorias, vt condiscipulorum classes quæ in scholis disputando sese solent exercere, vtrumque illico teneant. Vt autem me profecto non quærente sic contexerentur, in causa maiores natu fuere discipuli, eodem enim ordine, quo a me ipsi interrogabantur, easdem primum conscripsere, quas quidem postea a nonnullis rogatus proficere volentibus elucubratas merito exposui.

Bartholomæus Moiranus studiosi Lectori S. P. D.

VT non est hodie alia ingenuarum artium [illegible] grammatica, ita apud Maiores nulla planè extitit, cui magis fuerit omnium confessione tributum. Nam si, & dignitatis, & gloriæ rerum æquæ vtilium ac necessariarum inuentoribus tantum olim accessit vt supra mortalium conditionem collocarentur, incredibilem profecto in esse rebus ipsis vim ac vtilitatem, quibus sit, vt artifices tantopere admirabiles existant, haud dubie credi par est. Iam primum omnium litterarum inuentum maximo semper fuit vsui Mortalibus, plurimumque habuit ornamētorum, Grammatica autem ipsa literis inuentis literalia dictas primas sibi vendicat. Hanc & si puerilis, credatur, & propterea neglectui sit, eam tamen maiorum gentium scriptores excoluisse nimirum accepimus. Verum plerique omnes artem grammaticam, non dignitatis æstimatione sed quæstus ac emolumentorum sordibus metiuntur, inde fit, vt ars alioqui nobilissima, parentum auaritia. quibus res nulla minoris constabit quam filius vt ait; Satyrographus, uilis, sordida, ac ignobilis esse v[illegible]eatur, Grammatices præcepta, & apud veteres & iuniores a compluribus constat esse tradita, tum breuitate, tum copiose. Atqui vt subobscura est breuitas, molesta prolixitas, ita ab auctore hoc nostro Alberto Bosio nihil tale cōmissum vt iure litigator aliquis cauillari poterit. Laudabilis in eo extitit tradendis grammatices institutionibus mediocritas, Regulas hasce mea quidam sententia ad puerorum primum excolenda ingenia facere arbitratus, cum viderem non sine animi molestia librariorum in curia pingui Minerua cudentium fœdos errores occupasse, sumpsi mihi hanc operā, ut longè emendatiores, melioribusque excussę typis in manus puerorum prodirent, additis in margine corollarijs non inutilibus ad discentium commodum vel eorū in quibus (vt sit humanitus) Auctor fefellisse visus, est vel quæ pueros scire operæ pretiū fore ducerem. Adde huc, quod, & præcepta vtrunque hactenus coacernata, maioribus distincta Notis, in eum ordinem, per capita, interpositis spacijs, ita digessi, vt memoriæ ediscentium quam plurimum adiumenti allatum iri confidam. Quare quantū hæc nostra superioribus præstet editio, vt liuor taceat, res ipsa declarabit. Valete.



Quot sunt literę? Uigintiduę, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, x, y, z, h vero non est litera, sed aspirationis nota.
Quot sunt vocales? Quinq;, a, e, i, o, u.
Quot sunt consonantes? Sexdecim: b, c, d, f, g, k, l, m, n, p, q, r, s, t, x, z.
Ex consonantibus quot sunt mutę? Nouem, b, c, d, f, g, k, p, q, t,
Quot sunt semiuocales? Septem, l, m, n, r, s, x, z.
Quot sunt verę liquidę? Duę, l, ⁊ r.
Quot sunt diphtongi? Quatuor ae oe, quę scribuntur ⁊ nõ proferuntur, au, ⁊ eu, quę scribuntur ⁊ proferuntur,
Quot sunt improprij apud latinos articuli? Tres, hic, hęc, hoc.
Quot sunt partes orationis? Octo. Nomen, verbum, participium, pronomen, prępositio, aduerbium, interiectio, ⁊ coniunctio.
Quot sunt partes declinabiles? Quatuor, nomen, verbum, participium, ⁊ pronomen.
Quot sunt partes indeclinabiles? Quatuor, prępositio, aduerbium, interiectio, ⁊ coniunctio.

De nomine.

Poeta quę pars est? Nomen est. Quare est nomen? Quia significat substantiam ⁊ qualitatem propriam vel communem cum casu. Nomini quot accidunt? Quinque, species, genus, numerus figura, ⁊ casus.
Quot sunt species nominum? Duę, primitiua, vt mons, deriuatiua, vt, Montanus. Mons cuius speciei? Primitiuę. Quare? Quia a nullo deriuatur. Montanus cuius speciei? Deriuatiuę. Quare? Quia deriuatur a monte.
Quot sunt genera nominũ? Septem, masculinum, fęmininũ, neutrum, commune, ⁊ omne, incertum, ⁊ promiscuum.
Ubi pręponitur hic cuius generis? Masculini, vt hic poeta. Ubi pręponit hęc cuius generis? Fęminini, vt, hęc musa. Ubi pręponitur hoc cuius generis? Neutri, vt hoc animal. Ubi pręponuntur hic ⁊ hęc cuius generis? Communis, vt, hic ⁊ hęc, homo. Ubi pręponuntur hic, ⁊ hęc, ⁊ hoc cuius generis? Omnis, vt, hic, ⁊ hęc, ⁊ hoc felix. Ubi pręponũtur hic vel hęc cuius generis? Incerti, vt hic vel hęc dies. Ubi comprehenduntur masculinum cum fęminino sub vna voce ⁊ vno articulo cuius generis? Promiscui, vt, hic passer, ⁊ hęc aquila.
Quod sunt numeri nominum? Duo, singularis, vt, homo, pluralis, vt homines.
Quot sunt figurę nominũ? Duę, simplex, vt iustus, cõposita, vt iniust⁹

Quot sunt casus nominum? Sex: nominatiuus, vt, Petrus, genitiuus, vt Petri. datiuus, vt Petro, accusatiuus, vt Petrum, vocatiuus, vt, o Petre, ablatiuus, vt a Petro. Quem signum habet nominatiuus? Lo vel la. Genitiuus? De vel del. Datiuus? A vel al. Accusatiuus? Lo vel la. Vocatiuus? O tu. Ablatiuus? Das, cum, per, in, de.

Quot sunt recti? Duo, nominatiuus, et vocatiuus, tamē secundū Priscianum nominatiuus solus est vere rectus.

Quot sunt obliq? Quattuor, genitiuus, datiuus, accusatiuus, et ablatiuꝰ.

Quot sunt declinationes nominū? Quinq;, Prima est illa cuius genitiuus singularis desinit in ae diphtongū, vt hic poeta huius poete. Secunda est illa cuius genitiuus singularis desinit in i, vt, hic dominus, huius domini. Tertia est illa cuius genitiuus singularis desinit in is, vt, hic pater, huius patris. Quarta est illa cuius genitiuus singularis desinit in us vel in u, vt, hic visus, huius visus, et hoc cornu, huius cornu. Quinta est illa cuius genitiuus singularis desinit in ei, vt hec res, huiꝰ rei. Nominatiuo hic poeta, genitiuo huius poete, cuius declinationis? Prime. Quare? Quia si genitiuus singularis desinit in ę est declinationis prime, vt hic poeta huius poetę. Et sic in reliquis.

In quot partes distribuitur nomen? in duas. In substantiuum, et adiectiuum. Quid est nomen substantiuum? Est illud quod variatur per vnum articulum tantum, vt, hic, dominus; vel per duos ad summum, vt hic, et hec homo. Quid est nomen adiectiuum? Est illud quod variatur per tres articulos et vnam vocem, vt hic, et hec, et hoc felix: vel per tres articulos, et duas voces, vt hic, et hec omnis, et hoc omne: vel per tres articulos, et tres voces, vt, hic alacer, hec alacris, et hoc alacre: vel per tres diuersas voces, vt, albus, alba, album. Albus, alba, album, cuius casus? Nominatiui. Quare? Quia in tali casu declinando reperitur, et eius sensum retinet in constructione. Cuius numeri? Singularis. Quare? Quia singulariter profertur. Albus cuius generis? Masculini. Quare? Quia est prima vox adiectiui. Alba cuius generis? Feminini. Quare? Quia est secunda vox adiectiui. Album cuius generis? Neutri. Quare? Quia est tertia vox adiectiui.

De verbo.

AMo que pars est? Verbum est. Quare est verbum? Quia cum modis et temporibus, sine casu agendi vel patiendi est significatiuum.

Verbo quot accidunt? Octo, genus, tempus, modus, species, figura, coniugatio persona cum numero.

Quot sunt genera verborum? Quinq; actiuum, vt amo: passiuum, vt, amor: neutrum, vt seruio: cōmune, vt largior: deponens, vt, persequor.

Quot sunt tempora verborum? Quinque: presens, vt amo: preteritum

imperfectum, vt amabam: pręteritum perfectum, vt amaui: pręteritum plusquam perfectum, vt amaueram: futurum, vt amabo.

Quot sunt modi verborum? Quinq3: indicatiuus, vt amo: imperatiuus, vt ama: optatiuus, vt vtinam amarem: subiunctiuus vt cū amem: infinitiuus, vt amare. Indicatiuus modus quot tēpora habet? Quinq3 distincta: pręsens, vt, amo: pręteritum imperfectum, vt, amabam: pręteritum perfectum: vt amaui: pręteritum plusquam perfectum, vt amaueram: futurum, vt, amabo. Imperatiuus modus quot tempora habet? Duo distincta: pręsens, vt ama: futurū, vt amato. Quare imperatiuus non habet primam personam? Quia nemo sibi ipsi imperat.

Optatiuus modus quot tempora habet? Quinq3, duo coniuncta, et vnū per se: pręsens et pręteritum imperfectum simul, vt, vtinam amarem: pręteritum perfectum et plusquam perfectum simul, vt, vtinam amauissem: futurū per se, vt, vtinam amem. Subiunctiuus modus quot tēpora habet? Quinq3 distincta: pręsens, vt cum, amem: pręteritum imperfectum, vt cum amarem: pręteritum perfectū, vt, cum, amauerim: pręteritū plusquam perfectum, vt cum amauissem: futurum, vt cum amauero.

Infinitiuus modus quot tempora habet? Quinque, duo coniuncta, et vnum per se, pręsens, et pręteritum imperfectum simul, vt amare: pręteritum perfectum et plusquam perfectū simul, vt, amauisse: futurum per se, vt amatum ire, vel amaturum esse.

Quot sunt coniugationes verborum? Quatuor. Prima est illa quę habet secundam personam pręsentis indicatiui modi in as productam vel in aris cum penultima longa, vt, amo, amas: et amor: amaris. Secunda est illa quę habet secundam personam pręsentis indicatiui modi in es productā, vel in eris cū penultima longa, vt, doceo doces: et doceor: doceris. Tertia est illa quę habet secundam personam pręsentis indicatiui modi in is correptam, vel in eris cum penultima breui, vt, lego, legis, et legor, legeris. Quarta est illa quę habet secundam personam pręsentis indicatiui modi in is productā, vel in iris cum penultima longa vt audio, audis: et audior, audiris. Amo amas: et amor amaris cuius coniugationis? Primę. Quare? Quia habet secundam personam pręsentis indicatiui modi in as productam, vt, amo, amas: et amor, amaris.

Et sic in reliquis interrogandi sunt pueri.

Quot sunt personę verborum? Tres: prima, vt, amo, secunda, vt, amas, tertia vt amat.

Quot sunt numeri verborum? Duo: singularis, vt, amo: pluralis, vt amamus. Amo cuius modi? Indicatiui. Quare? Quia indicat rem esse: et sic amabam, amaui, amaueram, indicatiui, quia indicat rem fuisse, et sic amabo indicatiui, quia indicat rem futuram esse. Amo cuius tem-

poris? Presentis. Quare? Quia presens tempus designat. Cuius numeri? Singularis. Quare? Quia singulariter profertur. Cuius persone? Prime. Quare? Quia est prima vox verbi Amas cuius persone? Secunde. Quare? Quia est secunda vox verbi. Amat cuius persone? Tertie. Quare? Quia est tertia vox verbi. Sicqz per alios modos, et tempora, et numeros, et personas, discurrendum erit.

De pronomine.

Ego cuius persone? Prime. Quare? Quia omnia nomina et pronomina sunt tertiarum personarum excepto ego, quod est persone prime, et tu secunde, et vocatiuis casibus, qui sunt persone secunde. Ego cuius generis? Omnis. Quare? Quia potest iungi cum masculino, et feminino, et neutro genere, vt, ego Petrus, ego Margarita, ego animal rationale.

Quot sunt modi pronominum? Quatuor, primus, secundus, tertius, et quartus.

Quot sunt pronomina primi modi? Tria, ego, tu, sui.

Quot sunt pronomina secundi modi? Quinqz, ille, ipse, iste, hic, et is.

Quot sunt pronomina tertij modi? Quinqz, meus, tuus, suus, noster, et vester.

Quot sunt pronomina quarti modi? Duo, nostras, et vestras.

Et hec sunt deriuatiua, que deriuantur ab ego, tu, et sui.

Ex his quindecim pronominibus quot habent vocatiuū casum? Quatuor, tu, meus, noster, et nostras.

De concordantijs.

Petrus bonus que concordantia est? Adiectiui cum substantiuo. Quod est adiectiuum? Bonus. Quod est substantiuum? Petrus. In quot accidentibus debet concordare adiectiuum cum substantiuo? In tribus, in genere, in numero, et in casu. Petrus bonus, diceretur ne congrue. Petrus bona? Non. Quare? Quia Petrus est generis masculini, et bona feminini: et sic discordaret adiectiuum a substantiuo in genere. Quare non discordat in casu? Quia ambo sunt casus nominatiui. Quare non in numero? Quia ambo sunt numeri singularis. Et sic in alijs casibus tam singularibus quam pluralibus faciendum erit. Varia quis vel qui. Nominatiuo quis vel qui, que, quod vel quid. Genitiuo, cuius. Datiuo, cui. Accusatiuo quem, quam, quod vel quid. Ablatiuo a quo vel a qui, a qua vel a qui, a quo vel a qui. Et pluraliter, nominatiuo, qui, que, que. Genitiuo, quorum, quarum, quorum. Datiuo quis vel quibus, Accusatiuo, quos, quas, que. Ablatiuo a quis, vel a quibus.

Petrus qui quę concordantia est? Relatiui cum antecedente. Quod est relatiuum? Qui, Quod est antecedens? Petrus.
In quot accidentibus debet concordare relatiuum cum antecedente? In duobus, in genere, et in numero. Petrus qui diceretur ne congrue, Petrus quod? Non. Quare? Quia Petrus est generis masculini, et quod neutri, et sic discordaret relatiuum cum antecedente in genere. Et sic etiam in reliquis.
Petrus legit que concordantia est? Nominatiui cum verbo Qui est nominatiuus? Petrus. Quod est verbum? legit.
In quot accidentibus debet concordare nominatiuus cum verbo? In duobus, in persona et in numero.
Petrus legit diceretur ne congrue, Petrus legis? Non. Quare? Quia Petrus est persone tertię, et legis secundę, et sic discordaret nominatiuus a verbo in persona. Et sic etiam in sequentibus,

De verbis actiuis.

QUid est verbum actiuum? Est illud quod desinit in o, et format ex se passiuum per additionem vt amo amor.
Omnia verba actiua quem casum volunt ante se? Nominatiuum rei agentis. Et post se? Accusatiuum rei patientis: preter quedam pauca que ponuntur in fine: vt, Ego amo Deum.
Omnia verba passiua quem casum volunt ante se? Nominatiuum rei patientis. Et post se? Ablatiuum a vel ab mediante rei agentis. Et vltra? Eosdem casus quos regunt vltra sua verba actiua: vt, Ego do panem pauperibus. Panis datur a me pauperibus.

HEc sunt verba actiua simplicia? Hęc et his similia.
Amo mas maui amatum per amar vehementemente.
Diligo ligis lexi lectum per amar leggiermente.
Fastidio dis dиui ditum per hauer fastidio.
Colo colis colui cultum per honorare, et ornare, amare cultiuare, et habitare.
Fero fers tuli latum per portare, desiderare, per dire, et per patire, et alia.
Laudo das daui datum per lodare.
Video vides vidi visum per vedere.
Inspicio spicis spexi spectum per guardar dentro.
Suspicio spicis spexi spectum per guardar in suso, et per honorare.
Despicio spicis spexi spectum.
Contemno nis psi ptum per sprezare.
Facio facis feci factum cuius passiuum est fio.
Ago agis egi actum per fare; et alia significat.

Calefacio	facis	feci factum per scaldare.
Paruifacio	facis	feci factum.
Paruipendo	dis	pendi sum per tenir da poco & far poca stima.
Timeo	mes	mui.
Metuo	tuis	tui.
Formido	das	daui datum per temere.
Refello	lis	li.
Reprobo	bas	baui batum.
Retracto	ctas	ctaui ctatum per reprouare.
Decipio	cipis	cepi ceptum.
Fallo	fallis	fefelli falsum per ingannare.
Offendo	dis	di sum per offendere & trouare.
Consulo	sulis	sului sultum per domandare consiglio.
Inuado	dis	si sum per assaltare.
Vexo	xas	xaui xatum per molestare.
Terreo	res	rui ritum per spauentare.
Fugo	gas	gaui gatum per discacciare & per metter in fuga.
Neco	cas	caui catum vel necui nectum.
Occido	cidis	cidi cisum per amazzare cum penultima longa.
Lustro	stras	straui stratum.
Expio	as	aui atum per purgare.
Effero	effers	extuli elatum.
Extollo	extollis	extuli elatum per inalzare.
Placo	cas	caui catum per pacificare.
Excito	tas	taui tatum per isuegliare.
Tracto	ctas	ctaui ctatum per manegiare.

Ante se quem casum volunt: Nominatiuum rei agentis. Et post se: Accusatiuum rei patientis. Ultra: Nullum casum: vt: Ego amo Deū: & per passiuum. Deus amatur a me.

Que sunt verba actiua possessiua: Hęc.

Emo	emis	emi emptum.
Comparo	ras	raui ratum per comperare.
Vendo	dis	didi ditum per vendere.
Aestimo	mas	maui matum per estimare.
Arguo	guis	gui gutum.
Accuso	sas	saui satum.
Incuso	sas	saui satum.
Increpo	pas	pui pitum per riprendere, & per accusare.
Damno	nas	naui natum.

Condemno nas naui natum per condannare.
Punio nis niui nitum per punire.
Mulcto ctas ctaui ctatum per punire in dinari.
Impleo ples pleui pletum per impire.
Euacuo as aui atum per vodare.
Ante se quem casum volunt: Nominatiuum rei agentis. Et post se: Accusatiuum rei patie[illegible] Ultra: Genitiuum vel ablatiuũ ex natura po..essionis: vt, Tu accu[illegible] An[illegible]nium furti, vel furto. Preter verb[illegible] significantia pretium, quę volunt [illegible] in ablatiuo: vt, Emi equum d[illegible] cem aureis, vel magno pretio. Utuntur tamen his genitiuis, tanti qua[illegible] ti pluris, minoris, tantidem, quantiuis, quantilibet, & quanticunqȝ: vt, Emi equum a Francisco tanti, quanti tu, pluris quam tu, & minoris te lento: apud Plinium.

Quę sunt verba actiua acquisitiua? Hęc.
Do das dedi datum.
Trado dis didi ditum.
Dedo dis didi ditum.
Prebeo bes bui bitum.
Impendo dis di sum per dare.
Prepono nis sui situm.
Prefero fers tuli latum per metter innanzi.
Premitto mittis misi missum per mandar innanzi.
Dico cis xi ctum per dire.
Dico cas caui catum per dare ad honore & seruitio di altri. per dedicare, & consecrare.
Subiugo gas gaui gatum.
Subijcio ijcis ieci iectum.
Subdo dis didi ditum per sottomettere.
Mitto mittis misi sum.
Lego gas gaui gatum per mandare.
Oppono nis sui situm.
Obijcio ijcis ieci iectum per opponere.
Predico cis xi ctum.
Prenuntio as aui atum per predire.
Nuntio as aui atum.
Renuntio as aui atum per auisare.
Prohibeo bes bui bitum.
Ueto tas tui titum per vietare.
Commendo das daui datum per raccommandare.
Prodo dis didi ditum per demostrare & per tradire.

Commodo das daui datum per prestare cose que restituuntur, et eedem et non eedem. Tullius pro M. Celio. Et aurum commoda res. Et plautus in rudente. Cur te aquam grauare amabo, quam hostis hosti commodat?
Reddo dis didi ditum per restituire.
Promitto mittis misi missum per promettere essendo pregato.
Spondeo spondes spopondi sponsum per promettere.
Dono nas naui natum per donare, quod etiam potest esse effectiuum. Virg. Sergestum Aeneas promisso munere donat.
Ante se quem casum volunt? Nominatiuum rei agentis. Et post se. Accusatiuum rei patientis. Ultra? Datiuum ex natura acquisitionis: vt Ego do panem pauperibus, et Panis datur a me pauperibus.

Que sunt verba actiua transitiua? Hec.
Doceo ces cui ctum per insegnare.
Moneo nes nui nitum per auisare con auttoritate.
Flagito tas taui tatum per domandare con instanza.
Peto tis tiui titum per domandare di gratia o di ragione.
Posco poscis poposci.
Postulo las laui latum per domandare in qualunche modo.
Rogo gas gaui gatum.
Oro ras raui ratum per domandare con prieghi.
Calcio as aui atum per calciare.
Induo duis dui dutum.
Vestio stis stiui stitum per vestire.
Exuo xuis xui xutum per suestire.
Cingo gis xi ctum per cigere.
Ante se quem casum volunt? Nominatiuum rei agentis Et post se. Accusatiuum rei patientis. Ultra? Alium accusatiuum ex natura transitionis: vt, Ego doceo te grammaticam, et, Tu doceris a me grammaticam. Preter hec quinque infrascripta, que etiam cum accusatiuo possunt regere ablatiuum: vt, Calcio me calceos vel calceis. Accingo me gladium vel gladio. Exuo, induo, vestio me vestem vel veste.

Que sunt verba actiua effectiua? Hec.
Spolio as aui atum per spoliare.
Priuo uas uaui uatum per priuare.
Onero ras raui ratum per caricare.
Leuo uas uaui uatum per allegierire.
Orno nas naui natum.
Exorno nas naui natum per ornare.
Nutrio tris triui tritum per nutrire.

Lacto ctas ctaui ctatum per lattare.
Munio nis niui nitum per fortificare.
Pasco pascis paui pastum.
Cibo bas baui batum per pascere.
Educo cas caui catum per allevare.
Ante se quē casum vol[illegible]: Nominatiuū rei agētis. Et post se: Accusatiuū rei patientis. Ultr[illegible]blatiuū sine prepositione ex natura effectiuo: vt. Uos spoliastis me [illegible]bus. Ego spoliatus sum a vobis vestibus.

Hec sunt verba actiua separatiua: hec.
Audio dis diui ditum per vdire.
Intelligo ligis lexi lectum per intendere.
Accipio cipis cepi ceptum per riceuere & per vdire.
Alieno nas naui natum per alienare & inimicare.
Auerto tis ti sum.
Amoueo moues moui motum.
Remoueo ues moui motum.
Abigo igis egi actum per rimouere.
Diuido dis si sum.
Separo ras raui ratum per spartire.
Quero ris siui situm per interrogare & [illegible], vt, Quero hoc abs te, vel Quero te de statu reipublice.
Ante se quem casum volunt: Nominatiuum rei agentis. Et post se: Accusatiuum rei patientis. Ultra: Ablatiuum cum prepositione a vel ab ex natura separationis, vt Ego audio lectionem a magistro: & Lectio auditur a me a magistro.

Hec sunt verba actiua septimi ordinis: hec.
Inuideo uides uidi uisum per hauer inuidia.
Audio dis diui ditum,
Ausculto tas taui tatum per vdire.
Impero ras raui ratum per signoreggiare.
Timeo mes mui per temere che qualche male non accada.
Ante se quē casum volūt: Nominatiuū rei agē[illegible]. Et post se: Datiuū rei patiētis: vt, Ego inuideo tibi & Tu inuideris [illegible]. Potest etiā vltra regere accusatiuū. Virgilius. Liber pampineas in[illegible]t collibus vmbras. Nec est dicendum quod sint neutra quia cor[illegible] passiua reperiuntur, Horatius in poetica. Ego cur acquirere pauca[illegible]ossum inuideo.

De verbis neutris,

Quid est verbum neutrum: Est illud quod desinit in o, & nō format passiuum in or. Quare dicitur neutrum: Quia non potest esse actiuum nec passiuum.

Quot sunt species verborum neutrorum? Complures.

Que sunt verba similium copulatiua? Hęc.

Sum es fui,

Forem res ret rent per essere: et fore, idest, futurum esse.

Sto stas steti statum.

Maneo nes mansi mansum per stare.

Uideor deris sus sum vel fui.

Appareo res rui ritum per apparire.

Uado dis si sum.

Incedo cedis cessi cessum per andare.

Uocor caris catus sum vel fui, similiter dicor, nominor, nuncupor, appellor per esser chiamato.

Creor aris atus sum vel fui, similiter constituor.

Ordinor naris natus sum per esser ordinato.

Ante se quẽ casum volunt? Nominatiuũ. Et post se: similẽ casum: vt, Deus est optimus maximus. Tu stas humilis. Tu videris bon⁹. Creor princeps. Quod verbũ et alia in or desinẽtia, si addatur ablatiuus, sunt etiã passiua: vt, Creor princeps a populo. Populus creat me principẽ. Uisse autem alios quoq; casus copulat: vt, Cęsaris intererat esse munifici. Cęsari licuit esse munifico. Aiunt Cęsarem fuisse munificum.

Sum, es, est. quot modis construitur? Octo. Primo cum nominatiuo: vt, Ego sum diues, secundo cum genitiuo: vt, Liber est Petri, tertio cum datiuo: vt, Est mihi pater, idest, Habeo patrem. quarto cum duobus datiuis: vt, Sum tibi curę. quinto cum accusatiuo cũ pręposition ne: vt: Sum apud Marcellũ. sexto cum ablatiuo cũ prępositione: vt, Sum in foro. septimo cum ablatiuo sine prępositione: vt, Esto forti animo. postremo absolute: vt, Deus est. huius composita, vt intersum obsum, et cętera, fere semper construuntur cum datiuo.

Que sunt verba neutra possessiua? Hęc.

Egeo ges gui.

Indigeo ges gui per haber bisogno.

Deficio ficis feci fectum.

Careo res rui ritũ vel cassum per mancare.

Abundo das daui datum.

Affluo is xi xum

Exubero ras raui ratum per abondare.

Satago agis egi actum per esser diligente

Ante se quem casum volunt? Nominatiuum rei patientis. Et post se? Egeo et indigeo genitiuum vel ablatiuũ rei agentis, ex natura possessionis: vt, Ego egeo pecunię vel pecunia. Reliqua ablatiuũ solum, vt

Abundo pecunia, & etiam. Pecunia abundat mihi preter satago quod regit genitiuum. Terentius. Hic satagit rerum suarum.

Hęc sunt verba neutra acquisitiua: Hęc.

Seruio uis	uiui uitum per seruire.	
Faueo	faues	faui fautum.
Aspiro	ras	raui ratum per fauorire.
Studeo	des	dui [illegible] per studiare.
Hęreo	res	si [illegible] per accostarsi.
Obuio	as	aui atum.
Occurro	ris	ri sum per incontrarsi.
Succurro	ris	ri sum.
Subuenio	uenis	ueni uentum per soccorrere.
Placeo	ces	cui citum per piacere.
Displiceo	ces	cui citum per dispiacere.
Parco	parcis	peperci vel parsi parsum per perdonare e sparmire.
Pareo	res	rui ritum.
Obedio	dis	diui ditum per obedire.
Derogo	gas	gaui gatum.
Detraho	his	xi ctum per biasmare.
Annuo	nuis	nui nutum per consentire.
Soluo	uis	ui lutum per pagare.
Obsto	stas	stiti statum per resistere.
Consulo	sulis	sului sultum per consigliare.
Incumbo	cumbis	cubui cubitum per attendere.
Acquiesco escis		eui etum per star contento.
Benefacio facis		feci factum per far bene.
Malefacio facis		feci factum per far male.
Satisfacio facis		feci factum per sodisfare.

Ante se quem casum volunt: Nominatiuum rei agentis. Et post se: Datiuum rei patientis ex natura acquisitionis: vt, Ego seruio tibi.

Hęc sunt verba neutra transitiua, quę sepe possunt etiam habere passiuum in tertijs personis: Hęc.

Aro	ras	raui ratum per arare.
Semino	nas	naui natum.
Sero	seris	seui satum per seminare.
Sero	seris	serui sertum per tessere & ordinare.
Consero	seris	seui situm per seminare & piantare.

vel conserui consertum per congiungere, Ouidius. Pęnitet & lateri conseruisse latus, idest coniunxisse.

Insero	seris	serui sertum per interponere, vel immisceo.

Insero | seris | seui situm per insedire gli arbori.
Puto | tas | taui tatum per podare.
Sarrio | ris | riui ritum per zappare.
Purgo | gas | gaui gatum per mondare.
Secco | cas | cui ctum per segare.
Meto | metis | messui messum per ricogliere.
Tero | teris | triui tritum.
Trituro | ras | raui ratum per bater le biade.
Uentilo | las | laui latum per ventilare.
Cribro | bras | braui bratum per criuellare.
Molo | lis | liui litum per macinare.
Pinso | pinsis | pinsui pistum per impastare.
Edo | es | edi esum.
Comedo | dis | di sum per mangiare.
Bibo | bis | bi bitum per beuere.
Potisso | sas | saui satum per beuer a poco a poco.
Digero | geris | gesi gestum per padire.
Pregusto | stas | staui statum per fare la credenza.
Uindemio | as | aui atum per vindemiare.
Defeco | cas | caui catum per tor il vino giuso della feccia.
Mereo | res | rui ritum per meritare. Est & Mereor ritus sum, & Mereo, idest, milito, quod effectiuum est.
Terebro | bras | braui bratum per tiuiuellare.
Fenero | ras | raui ratum per dare ad vsura, sic etiam fenetor.

Ante se quem casum volunt? Nominatiuum rei agentis. Et post se? Accusatiuum rei patientis ex natura transitionis: vt, Coloni arant terram, &, Terra aratur a colonis, per passiuum. Sed hec non possunt transire in animal sicut actiua.

Que sunt verba huius ordinis, que in frequenti vsu sunt in tertijs personis? Sunt hec que ante se exigunt nominatiuum, & subauditur deus, & post se accusatiuum: vt, Deus pluit magnos imbres. Liuius tamen & Ualerius pluuisse lapidibus dicit. Et Uirgilius. Nec de concussa tantum pluit illice glandis, idest decidit. Possunt etiam sine supposito, & appposito construi, vt, pluit.

Pluit | ebat | per piouere.
Ningit | gebat | per fiocare.
Tonat | nabat | per tuonare.
Fulminat | nabat | per fulminare.
Grandinat | nabat | per tempestare.

Nam aduesperascit et lucescit absoluta sunt.

Quę sunt verba neutra effectiua? Hęc.
Gaudeo gaudes gauisus sum per allegrarsi.

Mereo	res	caret pręterito, et supino.
Doleo	les	lui litum per dolersi.
Polleo	les	lui per risplendere.
Albeo	bes	bui per imbianchirsi.
Nigreo	gres	grui per innegrirsi.
Rubeo	bes	bui per inrosirsi.
Palleo	les	lui per impallidirsi.
Caleo	les	lui per scaldarsi.
Frigeo	ges	xi per hauer fredo.
Tepeo	pes	pui per intepidirsi.
Pingueo	gues	gui per ingrassarsi.
Macreo	cres	crui per imagrirsi.

Et hęc postrema omnia componi possunt cum facio, et eius passiuo fio, vt albefacio albefio, quod quidem quia in compositione retinet a in pręsenti, ideo habet passiuum in o, et sic de similibus, vt, paruifacio, paruifio. Cętera vero composita a facio mutãtia a in i in pręsenti, emittunt passiuum in or, vt perficio, perficior. Ante se quem casum volunt? Nominatiuum rei patientis. Et post se? Ablatiuum sine prępositione vel accusatiuum cum prępositione propter rei agentis, ex natura effectus vt, Augustus gaudebat pace vel propter pacem.

Quę sunt verba neutra passiua? Hęc.
Vapulo las laui latum per esser battuto.

Veneo	venis	veni vel venij venum per esser venduto.
Nubo	bis	psi ptum per esser maridato.
Fio	fis	factus sum per esser fatto.

Ante se quem casum volunt? Nominatiuum rei patientis. Et post se? Ablatiuum cum a vel ab rei agentis: vt, Pueri vapulant a parentibus bonis. Quare appellantur verba neutra passiua. Quia significationem simul et constructionem passiuorũ habent, litteraturam vero neutrorũ.

Quę sunt verba neutra absoluta? Hęc.
Eo is iui itum.

Vado	dis	si sum.
Incedo	cedis	cessi cessum.
Pergo	pergis	perrexi perrectum per andare.
Sto	stas	steti statum per stare.
Curro	ris	cucurri cursum per correre.
Euado	dis	si sum per peruenire et montare.

Exulo les laui latum per esser bandito.
Viuo uis xi ctum per viuere.
Vigilo las laui latum per vigilare.
Dormio mis miui mitum per dormire.
No nas naui natum.
Nato tas taui tatum per nodare.
Volo las laui latum per volare.
Quiesco escis eui etum per ripossare.
Perco ris riui ritum per perire.
Jaceo ces cui per giacere.
Ante se quem casum volunt: Nominatiuum rei agentis. Et post se: Nullum nisi cũ prepositione posita vel subintellecta: vt, Ego vado ad templum. Virgilius. Italiam fato profugus Lauinaqȝ venit Littora. pro ad Italiam ⁊ ad Lauinia littora.

Quę sunt verba neutra passiua: Hęc.
Gaudeo gaudes gauisus sum per allegrarsi.
Fio fis factus sum per esser fatto.
Fido fidis fisus sum.
Confido fidis fisus sum per confidarsi.
Soleo les litus sum per solere.
Audeo des sus sum per hauer ardire.
Ante se quẽ casum volũt: Nominatiuũ. Et post se: Varios casus, quia non sunt eiusdem ordinis. Nam gaudeo est effectiuum, fido ⁊ confido sunt neutra acquisitiua, Virgil. Et fidere nocti, ⁊. Mene hinc confidere monstro: Soleo est famulare. Audeo famulare vel transitiuum. Virgil. Quid domini facient, audent cum talia fures: Fio est neutrũ passiuum. Quare appellãtur neutro passiua: Quia in pręteritis perfectis, ⁊ in his quę formãtur ab eis seruant voces passiuorũ, in cęteris vero neutrorũ. Vt, gaudeo, gaudes, gauisus sum vel fui, gauisus eram vel fuerem.

De verbis deponentibus.

Quid est verbum deponens: Est illud quod desinit in or, ⁊ non formatur a verbo desinente in o. Quare dicitur deponens: Quia deponit vbiqȝ passiuam significationem, ⁊ retinẽt actiuam, pręter quam in deponentibus passiuis, quę ob hoc sic appellantur.

Quę sunt verba deponentia possessiua: Hęc.
Vtor teris sus sum per vsare.
Fruor eris ctus vel itus sum per vsar con diletto.
Abutor teris sus sum per vsar male.
Fungor geris ctus sum per vsar di officio.
Potior tiris titus sum per vsar cose desiderate.

Vescor

Vescor sceris per vsar cibi.
Recordor daris datus sum.
Reminiscor sceris per ricordarsi.
Obliuiscor sceris oblitus sum per dimenticarsi.
Misereor reris sertus sum per hauer misericordia.
Ante se quem casum volunt? Nominatiuum rei agentis. Et post se? Ea quę significant vti, ablatiuum sine pręposition rei patientis, ex natura possessionis: vt, Ego vtor pecunia. Reliqua vero genitiuum: vt, Recordor vel obliuiscor lectionis, et, Misereor tui: quamquam plura ex eorum aliter etiam possunt construi.

Quę sunt verba deponentia acquisitiua? Hęc,
Auxilior aris atus sum.
Admunculor laris latus sum.
Opitulor laris latus sum.
Suffragor garis gatus sum per aiutare.
Aemulor laris latus sum per inuidiare, sed p imitare trāsitiuū est.
Blandior diris ditus sum per lusingare.
Minor naris natus sum per minacciare.
Adulor laris latus sum.
Assentor taris tatus sum per adulare.
Insidior aris atus sum per insidiare.
Dominor naris natus sum per signoreggiare.
Medeor deris.
Medicor caris catus sum per medicare.
Aduersor saris satus sum per contrastare.
Obsequor queris cutus sum per compiacere.
Moderor raris ratus sum per moderare.
Assentior tiris sus sum per consentire.
Innitor niteris nixus sum per appogiarsi.
Ante se quem casum volunt? Nominatiuum rei agentis. Et post se? Datiuum rei patientis ex natura acquisitionis: vt Ego auxilior tibi.

Hęc sunt verba deponentia transitiua? Hęc.
Sequor queris cutus sum per perseguitare.
Persequor queris cutus sum per perseguitare.
Aggredior grederis gressus sum per assaltare et cominciare.
Adorior oriris ortus sum per assaltare di improuiso.
Furor raris ratus sum per inuolare.
Prędor daris datus sum per robare.
Populor laris latus sum per disfare et guastare.
Opinor naris natus sum.

Reor: reris ratus sum per pensare.
Percontor: taris tatus sum.
Sciscitor: taris tatus sum per domandare.
Lucror: craris cratus sum per guadagnare.
Assequor: queris cutus sum.
Adipiscor: isceris adeptus sum per acquistare.
Consolor: laris latus sum per consolare.
Præstolor: laris latus sum per aspettare.
Contemplor: plaris platus sum per contemplare.
Dignor: gnaris gnatus sum per dignare.
Dedignor: gnaris gnatus sum p no dignare, o reputare altri indegni.
Loquor: queris cutus sum per parlare.
Precor: caris catus sum.
Deprecor: caris catus sum per preguare.
Ulciscor: ulcisceris ultus sum per far vendetta.
Miror: raris ratus sum per guardar con merauiglia.
Scrutor: taris tatus sum per cercare con diligenza.
Aucupor: paris patus sum per uccellare.
Mutuor: aris atus sum per pigliare in presto, sic etiam mutuo.
Ante se quem casum volunt: Nominatiuum rei agentis. Et post se: Accusatiuum rei patientis, ex natura transitionis, vt, Colonum sequuntur boues.

Quæ sunt verba deponentia effectiua? Hæc.
Lætor: taris tatus sum per allegrarsi.
Glorior: aris atus sum per gloriarsi.
Miror: raris ratus sum per marauigliarsi.
Tristor: staris status sum per tristarsi.
Irascor: sceris tus sum p corruciarsi, potest etiã esse acquisitiuum.
Indignor: gnaris gnatus sum per sdegnarsi.
Verecundor: daris datus sum per vergognarsi.
Queror: reris, stus sum.
Lamentor: taris tatus sum per lamentarsi.
Ante se quem casum volunt: Nominatiuum rei patientis. Et post se: Ablatiuũ sine præpositione vel accusatiuum cũ ob vel propter rei agentis ex natura effectus: vt. Augustus letabatur pace vel propter pacem.

Quæ sunt verba deponentia passiua? Hæc.
Orior: oriris vel oreris ortus sum.
Nascor: sceris tus sum per nascere.
Renascor: sceris tus sum per rinascere.
Patior: pateris passus sum per patire.

Ante se quē casum volunt? Nominatiuū rei patientis. Et post se? Ablatiuum a vocabimediante rei agentis: vt. Jo. Petrus ortus est a parentibus bonis. Preter patior: quod post ablatiuum etiam regit accusatiuū, idest la cosa che se patisce: vt, Patior a te magnam iniuriam.

Quę sunt verba deponentia absoluta? Hęc.
Gradior graderis gressus sum.
Proficiscor ficisceris fectus sum per andare.
Regredior grederis gressus sum.
Reuertor uerteris uersus sum per ritornare.
Castrametor taris tatus sum per metter al campo.
Congredior grederis gressus sum per venir alle mani.
Altercor caris catus sum per contendere.
Tumultuor aris atus sum per far tumulto.
Molior liris litus sum per tentare, ordinare, e fare.
Ante se quem casum volunt? Nominatiuum rei agentis. Et post se? nullum, nisi cum prępositione: vt. Vadior ad templum, pręterquam si sint nomina aduerbialiter posita.

De verbis communibus.

Quę sunt verba communia? Quę in or desinentia tam actiuā quam passiuam habent significationem. Quando habent significationē actiuam, ante se quem casum volunt? Nominatiuū rei agentis. Et post se? Accusatiuum rei patientis: vt. Ego largior equum tibi. Quando habent significationem passiuam, ante se quem casum volunt? Nominatiuum rei patientis. Et post se? Ablatiuum cum prępositione rei agentis: vt, Equus largitur a me tibi.

Largior	giris	gitus sum per donare & per esser donato.
Experior	periris	pertus sum per prouare & per esser prouato.
Veneror	raris	ratus sum per honorare & per esser honorato.
Moror	raris	ratus sum per aspettare & per esser aspettato.
Osculor	laris	latus sum per basciare & per esser basciato.
Hortor	taris	tatus sum per confortare & per esser confortato.
Criminor	naris	natus sum per incolpare & per esser incolpato.
Amplector	teris	xus sum per abbracciare & per esser abbracciato.
Interpretor	taris	tatus sum per esponer & per esser esposto.
Hospitor	taris	tatus sum per albergare & per esser albergato.

Largior, experior, veneror, moror, osculor, hortor,
Criminor, amplector, interpretor, hospitor, addes.

De verbis impersonalibus.

In quot diuiditur verbum? in duo, in personale, & impersonale. Quid est verbum personale? Est illud quod habet numeros & per

ſonas diſtinctas: vt amo, amas, amat. Amamus, amatis, amant.
Quid eſt verbum imperſonale? Eſt illud quod caret numeris ⁊ perſonis expreſſis, vt amatur, penitet.
In quot partes diſtribuitur verbum imperſonale? In duas, in imperſonale actiue vocis ⁊ imperſonale paſſiue vocis.
Quid eſt verbum imperſonale actiuę vocis? Eſt illud quod definit in t, vt decet ⁊ delectat.
Quid eſt verbum imperſonale paſſiuę vocis? eſt illud quod definit in tur, ⁊ deriuatur a tertijs perſonis actiuorum addita ur: vt, amat, amatur, ⁊ a verbis neutris acquiſitiuis: vt, ſeruit, ſeruitur: a neutris tranſitiuis: vt, arat, aratur, ⁊ abſolutis: vt, it, itur.
Imperſonalia paſſiuę vocis ante ſe quem caſum volunt? Proprie nullum, neq; etiam poſt: vt amatur, il ſe ama: legitur, il ſe lege. Preter venientia a neutris acquiſitiuis: vt, Seruitur deo, ⁊ a neutris abſolutis: vt. Itur in antiquam ſyluam.

QUę ſunt verba imperſonalia actiuę vocis primę ſpeciei? Hęc.
Intereſt erat fuit.
Refert ferebat tulit per appartenere.

Ante ſe quem caſum volunt? Genitiuum. Et poſt ſe infinitum: vt, Petri intereſt ſtudere, preter hec quinq; primitiua pronomina, mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, ⁊ cuius: loco quorum ponimus, mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, ⁊ cuia: vt mea intereſt, ideſt in re mea eſt, ⁊, Petri intereſt, ideſt, in re Petri eſt. Mea refert, ideſt res mea fert, ⁊, Petri refert ideſt, res Petri fert. Quando non habent poſt ſe infinitum quę verba ſunt? Perſonalia ⁊ ante ſe volunt nominatiuum, ⁊ poſt ſe genitiuum: vt Studium intereſt mea ⁊ Petri.
Intereſt perſonale quot modis cōſtruitur? Quatuor. Primo quando ſignificat pertinere cōſtruitur cum genitiuo: vt, Studium intereſt mea ⁊ Petri. Secundo quando ſignificat preſentiam conſtruitur cum datiuo: vt, Interfui lectioni. Tertio quando ſignificat diſtantiam, diſtantia ipſa debet poni in nominatiuo, vbi ponitur da in ablatiuo, vbi ponitur a in accuſatiuo: vt Viginti milliaria interſunt ab hoc oppido ad vrbem. Sit tamen hoc melius per diſtat: vt Hoc oppidū diſtat ab vrbe viginti milliaribus. Quarto quando ſignificat differentiam, cōſtruitur cum duobus accuſatiuis mediante inter: vt, Multum intereſt inter bonos ⁊ malos, ideſt. Magna differentia eſt, vel etiam ſine caſu: vt. Multum intereſt bene an male quis agat, ideſt, Magna differentia eſt.

QUę ſunt verba imperſonalia ſecundę ſpeciei? Hęc.
Placet cebat cuit ⁊ citum eſt vel fuit.
Libet bebat buit per piacere.

Liquet

Liquet quebat cuit per esser manifesto.
Licet cebat cuit per esser licito.
Vacat cabat cauit per hauer tempo, e commodita.
Contingit gebat tigit.
Accidit cidebat cidit.
Euenit niebat nit per auenire & accadere.
Expedit diebat diuit per esser vtile.
Ante se quem casum volunt: Datiuum, Et post se: Infinitum: vt, Bonis placet mori. Quando non habent post se infinitum quę verba sunt: Personalia, hoc est neutra acquisitiua: vt Mors placet bonis.

Hęc sunt verba impersonalia tertię speciei: Hęc.
Decet cebat cuit per star bene.
Dedecet cebat cuit per star male.
Iuuat iuuabat iuuit.
Delectat ctabat ctauit per dilettarsi.
Oportet tebat tuit per far bisogno, cioe per esser necessario.
Ante se quem casum volunt: Accusatiuum. Et post se: infinitum: vt, Me delectat legere Virgilium. Quando non habent post se infinitum quę verba sunt: Personalia, & ante se volunt nominatiuum, & post se accusatiuum: vt, Lectio Virgilij vel Virgiliana delectat me, & per deponens: Ego delector lectione Virgiliana. Oportet tamen non reperitur in vsu nisi impersonale.

Hęc sunt verba impersonalia quartę speciei: Hęc.
Piget gebat guit per rincrescere.
Tędet tędebat pertęsum est vel fuit per hauer in fastidio.
Pęnitet tebat tuit per pentirsi.
Miseret serebat sertum est vel fuit per hauer misericordia.
Pudet debat duit per vergognarsi.
Ante se quem casum volunt: Accusatiuum rei patientis: Et post se: Genitiuum vel infinitũ rei agentis: vt, Me pęnitet peccatorũ vel peccasse.
¶ Piget & pudet personalia quandoque reperiuntur.

Hęc sunt verba impersonalia quintę speciei: Hęc.
Benefit fiebat factum est vel fuit, si fa bene.
Malefit fiebat factum est vel fuit, si fa male.
Satisfit fiebat factum est vel fuit, si satisfa.
Ante se quem casum volunt: Ablatiuum a vel ab mediante rei agentis. Et post se: Datiuum rei patientis: vt, A deo benefit bonis, & Deus benefacit bonis, personale, idest neutrum acquisitiuum.

Hęc sunt verba famularia: Hęc.
Incipit cipiebat cepit per cominciare.

Desinit nebat finit per finire.
Potest terat tuit per potere.
Vult nolebat uoluit per volere.
Debet bebat buit per douere.
Solet solebat solitum est per solere.

Quare appellãtur famularia? Quia famulantur idest seruiunt infinitis. Si famulantur infinitis verborum personalium quę verba sunt? Personalia, et volunt ante se nominatiuũ: vt, Ego incipio valere. Si famulantur infinitis verborum impersonalium sunt impersonalia, et volunt ante se casum verborum impersonalium quibus iunguntur: vt, Me incipit penitere scelerum. Possunt etiam poni absolute: vt, Desinit amari, solet dilucescere.

Infinita verborum personalium quem casum volunt ante se? Accusatiuum. Et post se? Casum suorum verborum: vt, Cupio te frui bonis ęternis, et Gaudeo te esse eruditum. Infinita verborum impersonalium quem casum volunt ante se? Casum verborum suorum: vt Gaudeo tibi accidisse erudiri.

Quot tempora formantur a pręterito perfecto indicatiui? Sex. Quę? A dixi, dixeram, vtinam dixissem, cum dixerim, cum dixissem, cum dixero, et dixisse. Pręteritum perfectum verborum desinentium in or quomodo formantur? ex participio pręteriti temporis, et verbo, sum, es, est: vt, amatus sum vel fui, secutus sum vel fui.

Quę sunt dictiones impedientes ne verbum sit principale? Aduerbia, dum, donec, cum, quando, et postquã: aduerbia similitudinis, ceu, sicut, sicuti, velut, veluti, vt, vti: aduerbium comparandi quam: et sex aduerbia localia, vbi, quo, vnde, qua, quorsum, quousqꝫ: relatiuũ qui, quę, quod: relatiua accidentis; qualis, quantus, quot, et cętera: coniunctiones, quoniam, quia, si: coniunctiones aduersatiuę, quanquam, quamuis, si, et si, et alię quędam. Nulla etiam infinita verborum possunt esse principalia: vt, Ferunt Cęsarem fuisse fortissimum.

Prępositiones in compositione quam vim habent? Per multam et variam: vt a ferre simplici, afferre, quod est, aliquid ad aliquem ferre, vt, Affero hęc sodali. Circumferre, per omnes partes rem aliquam siue sermonem aut rumorem ferre. Offerre, tradere. Perferre, tollerare, Transferre aliquid de loco ad locũ ferre: vt, Tres magi ab vrbe Mediolani Coloniam Agripinam translati sunt. Auferre, tollere, seu furari. Deferre, deorsum ferre, seu etiam accusare: vnde delator. Efferre, extra ferre: vt, Effer hanc rem ex ędibus nostris: significat etiam funus ferre. Proferre, prorogare: vt, Profers in longum negocia. Pręferre, anteferre, pręponere. Inferre, immittere: vt, Infer digitum in plagam.

est etiam aliquid mali facere: vt, Intuli tibi vulnus, idest feci. Sufferre tollerare, et pati. Differre protraere: vt, Distulit negocium, hoc est protraxit. Est etiam differens esse: vt, Multum differt probus ab improbo Referre, dicere. Virgilius talia voce refert. Conferre, prodesse: vt, Bona conferunt animę, quę duo scilicet refero, et confero alia apud Perottum de componendis epistolis significata habent, et perornata quidem et cognitu dignissima.

Verba quot modis componuntur? Quatuor ex duobus integris, vt benefacio, confero. Ex duobus corruptis: vt officio. Ex integro et corrupto vt perficio. Ex corrupto et integro, vt, calefacio, affero. Nomina quoqȝ vt, suburbanus, efficax, insulsus, nugigerulus aliquando tamen ex compluribus: vt, inexpugnabilis, et huiusmodi compositiones fiunt causa euphonie.

Ad preceptores.

Sed priusquam vlterius progrediamur, animaduertendū est, vt pueris consulamus, neutrorum interrogationes, necnon et deponentiū simul excutiendas esse: eorum enim species tam a parte ante, quā a parte post, eosdem casus exigunt: vt. Egeo pecunię vel pecunia. Utor pecunia, et Recordor lectionū, vel lectiōes. Seruio tibi. Auxilior tibi. Coloni arāt terrā. Coloni sequuntur boues. Augustus gaudebat vel lętabatur pace vel propter pacem. Pueri vapulant a parentibus bonis. Petrus ortus est a parentibus bonis. Uado ad templum. Gradior ad templum.

De aduerbijs.

Aduerbia localia quot sunt? Sex. Quę? Ubi, quo, vnde, qua, quorsum, et quousqȝ. Ubi quid significat? In loco. Quo? Ad locum. Unde? De loco. Qua? Per locū. Quorsum? Uersus locum. Quousqȝ? Usqȝ ad locū vel vsqȝ ad tēpus. Quot modis ponūtur in cōstrutione? Tribus: interrogatiue, relatiue, et infinite: interrogatiue, vt, Quo vadis? Infinite: vt, Nescio quo vadam. Relatiue: vt, vado illuc quo vadis tu.

Quę sunt aduerbia significantia in loco? Hic, istic, illic, intus, foris, ibi, ibidem, alibi, vsquam, vspiam, et alicubi, nusquam, et necubi, sicubi, vbiqȝ, vbiuis, vtrobiqȝ, neutrobiqȝ, vbi vbi, et vbicunqȝ. Hic quid significat? In questo loco. Illic? In quello loco. Istic? In questo loco. Intus? Dentro. Foris? Di fora. Ibi? In quello loco. Ibidem? In quello medesimo loco. Alibi? In altro loco. Usquam, vspiam, et alicubi? In alcun loco. Nusquam et necubi? In niun loco. Sicubi? Se in alcun loco. Ubiqȝ? In ogni loco. Ubi vis? Doue tu voi. Utrobiqȝ? In lun, et laltro loco. Neutrobiq? Ne in luno, ne in laltro loco. Ubi vbi et vbicunqȝ? In ogni loco loquale. Et sic de reliquis: nisi quod mutatur prępositionis sensus: vt huc a questo loco: hinc da q̄sto loco: hac

per questo loco: horsum verso questo loco: hucusqꝫ per fin a q̃sto loco.
Propria nomina locorum, si fuerint primę vel secundę declinationis, in quo casu aduerbialiter ponuntur? in genitiuo: vt, Sum Romę, Mediolani, hic, aut illic. Si fuerint tertię declinationis aut tantū pluraliter declinata, in quo casu ponuntur? In ablatiuo sine prępositione: vt fui Carthagine ⁊ Venetijs.
Domus, humus, rus, ⁊ militia, sunt propria an appellatiua? Appellatiua. Quare? Quia pluribus conueniunt non autem vni vt propria, sed tamen tanquam propria ponuntur: vt. Sum domi, humi, ⁊ militię. Rus vero ponitur in datiuo: vt. Fui ruri. Etiam belli in genitiuo significat in loco: vt, fui belli. Reperitur etiam vesperi aduerbialiter, ⁊ luci: vt, Vesperi ad te veniam.
Humus in quot casibus inuenitur? Plerunqꝫ nisi in vno, scilicet, genitiuo, ⁊ significat in loco, ⁊ ad locum, ⁊ per locū. In loco Virgilius. Et humi nascentia fragra. Ad locum idem. Nec prius absistit quā septem ingentia victor corpora fundat humi, pro ad humū. Et per locum. Horatius. Serpit humi tutus nimium. idest, per humum. Appellatiua in quo casu ponuntur? In ablatiuo cum prępositione: vt. Sum in agro, similiter cum Petro, vel apud Petrum, in gallia, in Pado.

Quę sunt aduerbia significantia ad locum? Huc, istuc, illuc, intro foras, alio, illo, eo, eodem, aliquo, siquo, nequo, quouis, vtroqꝫ, neutroqꝫ, ⁊ quocunqꝫ.
Propria nomina ad locū cuiuscunqꝫ sint declinationis ⁊ numeri in quo casu ponuntur? In accusatiuo sine prępositione: vt, Vado Romā, Mediolanum. Carthaginē, Vercellas, domum, rus, militiam, huc, illuc. Appellatiua in quo casu ponuntur? In accusatiuo cum prępositione: vt, Vado ad agrū. Gerundia in quo casu ponuntur? In accusatiuo cū prępositione: vt, Vado ad legendum lectiones, vel ad legendas lectiones: ⁊ participiale est. Supina in quo casu ponuntur? In accusatiuo sine prępositione, vt Vado lectum lectiones, vel eo ad lectiones, ⁊ elegantius est. Gerundia ⁊ supina regunt casus suorum verborum.

Quę sunt aduerbia significātia d̃ loco? Hinc, istinc, illinc, inde aliūde sicū de, necū de, vndelibet, vndeuis, vtrinqꝫ, neutrinqꝫ, ⁊ vndecūqꝫ.
Propria de loco in quo casu ponūt? In ablatiuo sine prępositione: vt, Venio Mediolano domo, rurē, militia, hinc, illinc. Appellatiua in quo casu ponūt? In abltō cum prępositione: vt, Redeo ab agro. Gerundia in quo casu ponuntur? In ablatiuo cum prępositione secundū aliquos, vt, Venio a legendo, melius tamen, A lectione venio. Supina in quo casu ponuntur? Non possumus respondere per supina, quia significant rem ipsam, vt, Miserabile visu, idest, visione, uel ad uidendum,

Quę

O Uæ sunt aduerbia significantia per locum? Hac, istac, illac, ea, eadem, aliqua, siqua, nequa, quauis, vtraqz, neutraqz, quacunqz. Propria per locum significantia in quo casu ponuntur? In ablatiuo sine prepositione, vt transeo Mediolano, domo, rure, militia, hac, illac. Appellatiua in quo casu ponuntur? In accusatiuo cum prepositione per. vt transeo per agrum.

O Uæ sunt aduerbia significantia versus locum? Horsum, istorsum, illorsum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, retrorsum, aliorsum, siquorsum, nequorsum.

Propria et appellatiua versus locū significātia in quo casu ponūtur, In actō cū prepositione versus: vt Uado Mediolanū versus, agrū versus

O Uæ sunt aduerbia significantia vsqz ad locum vel vsqz ad tempus? Hactenus, hucusqz, istucusqz, illucusqz, possent etiam addi aduerbia vsqz de loco vel vsqz de tempore. Teren. vsqz ab incunabulis vsqz ab adolescentia.

Propria significantia vsqz ad locum vel vsqz ad tempus in quo casu ponuntur? In accusatiuo cum prepositione vsqz: vt Uado vsqz Mediolanum, vsqz domum, vsqz rus, vsqz militiam, hucusqz, illucusqz. Appellatiua in quo casu ponūtur? In accusatiuo cum duabus prepositionibus, vsqz et ad: vt, Uado ad agrum vsqz. Uerba significantia ad locum possunt ne significare de loco, per locum, versus locum, et vsqz ad locum? Possunt: vt Fugio Mediolanum, fugio Mediolano, Hac fugerent Graij. Fugio Mediolanum versus, et Mediolanum vsqz.

Aduerbia aliquando cumqz, posita inter duo verba, cum quo concordant? Cum sequenti: vt, Deus est quocunqz ieris, idest in omni loco ad quem ieris, Prepositiones in et sub quando cum verbis significantibus ad locum iunguntur cui casui seruiunt? Accusatiuo: vt, Uado in vrbem, et Postesqz sub ipsos Nituntur gradibus. Quando iunguntur cū verbis significantibus in loco, cui casui seruiunt? Ablatiuo: vt, Sum in vrbe, et Arma sub aduersa posuit radiantia quercu Virg.

O Uæ differentia est inter hic, istic, illic, huc, istuc, illuc: et similia? Quod hic significat locū apud eū qui loquitur, vt Faciat deus, vt hic mecum studeas. Istic vero locū apud eum ad quem loquitur: vt Faciat de' vt istic tecū studeam. Illic vero locū absente ab vtroqz. Sic etiā differūt pronomina a quibus deriuantur. Sciendū est postremo, nomina propria locorum cum prepositionibus quoqz esse prolata, et maxime apud historicos. Liuius in octauo, Et ab Lauinio venerant antiqua auxilia. Animaduertendum quoqz est, ubi fuerit mutatio, uerba in loco significantia non aduerbijs in loco, sed aduerbijs ad locum respondere. Virgilius, Huc aliena ex arbore germen Includunt, non hic. Sic Cicero,

Includuntur in carcerem condemnati vtiq;, quia illuc fuerāt aliunde deducti, hęc Seruius. Pręterea nomina propria hominū, montiū, vt virgineus; lacer virginilaciū, vt, Barius: fluminum, vt, Padus, ⁊ quarumcunq; rerum; niſi ſint propria locorum, vt Mediolanum; Hniū cognomento artitū ab artibus quę in eo oppido ſemper plurime fuerunt, cum prępoſitione ſemper tanquam appellatiua conſtruuntur.

De comparatiuis nominibus.

Quid eſt nomē cōparatiuū? Eſt illud quod cū poſitiui intellectu, vel cum aliquo participe ſenſu poſitiui magis aduerbium ſignificat: vt, Albior, id eſt magis albus: ⁊ vlterior, id eſt magis vltra quam ille qui eſt vltra. Gradus comparationis quot ſunt? Tres. poſitiuus, vt fortis, comparatiuus, vt fortior, ſuperlatiuus, vt fortiſſimus. Comparatiua cuius generis ſunt? In or, communis, pręter ſenior quod maſculini eſt. mutata vero or in us, faciunt neutrum, vt albior albius, ⁊ addita culus, fit diminutiuum, vt albiuſculus, ⁊ regimen ſeruāt comparatiuorum. Terentius Thais quam ego ſum maiuſcula eſt. A quot partibus orationis deſcendunt comparatiua? A quatuor, a nomine, a participio, a prępoſitionibus, ⁊ ab aduerbijs. A quibus nominibus deriuantur? A nominibus adiectiuis ſecundę, ⁊ tertię declinationis; quorum ſignificata poſſunt augeri aut minui.

Quę veniunt ab adiectiuis nominibus ſecundę declinationis vnde formantur? A genitiuo ſingulari, breuiata i, ⁊ addita or: vt clarus, clari, breuiata i ⁊ addita or fit clarior. Pręter habentia vocalem ante us, que deuiſu formant comparatiuum per magis, ⁊ ſuum poſitiuum: vt, Sum magis pius te. Excipiuntur anomala, bonus, melior, malus, peior, magnus, maior, paruus; minor; multum plus quod in ſingulari numero eſt generis neutri, in plurali omnis. Et terminata in ficus, vt munificus munificentior, magnificus magnificentior. Et in dicus: vt maledicus maledicentior, licet aliqui deducant a participio maledicens. Et in loquus, vt magniloquus magniloquentior. Similiter ſiniſterior. dexter dexterior a genitiuo dextri.

Quę veniunt ab adiectiuis nominibus tertię declinationis vnde formantur? A datiuo ſingulari breuiata i ⁊ addita or, vt fortis forti, breuiata i ⁊ addita or fit fortior. Iuuenis tamen iunior per ſyncopā facit. deterior autē nō a verbo fit aliquo, ſed ab antiquo nomine deter, ſicut etiā ſuperlatiuū deterrimus. A participijs quomodo formantur cōparatiua? Sicut a nominib. adiectiuis ſecūdę, ⁊ tertię declinationis vt optatus optati optatior, amans amātis amanti amantior. A prępoſitionib' quot cōparatiua veniūt? Nouē, ⁊ deſinūt in erior, vt intra interior, extra exterior, citra citerior, vltra vlterior, ante anterior, poſt po

sterior, super superior, infra inferior, preter prope propior. Ab aduerbiis quot comparatiua veniunt? Duo, a pridem prior, et a penitus penitior

Comparatiua quem casum regunt? Ablatiuum sine prepositione, vel casum cum quam, vt, Cesar fuit clarior Pompeio vel quam Pompeius et sic magis minus plus et aduerbia comparandi, vt Ego magis te vel quam tu, minus, plus, melius: te vel quam tu. Excipiuntur tamen relatiua et negatiua que cum quam non ponuntur: vt Petrus quo ego sum fortior, non potest dici quam qui, et Nullo horum sum fortior, non quam nullus. Possunt quoque regere ablatiuum significantem excessum vt, Sum longior te vno digito, et omnes casus quos regere potest suum positiuum: vt Cresus rex fuit ditior auri ceteris preterquam Salomone, vel nisi Salomone, secundum A. Gellium.

Positiuorum que constructio est? diuersa nam aliqua regunt genitiuum: vt Diues auri. Quedam genitiuum et datiuum: vt Similis tui et tibi. quedam genitiuum vel ablatiuum: vt Plenus gratie et gratia. Dignus honore, et indignus auorum apud Uirgilium,

Plus nomen substantiuum in singulari numero quomodo construitur? Uarie: vt, Habeo plus olei quam farine, et sic minus, Ego possideo plus opum Pallante vel quam Pallas. In plurali quomodo construitur? Etiam varie, vt. Accusaui plures tribus reis, plures quam tu, plures hodie quam heri. Accusaui minus in plurali paucio(r)es.

Comparatiua regunt ne semper ablatiuum? Non quando deest ablatiuus: vt, Mare Ponticum est dulcius quam cetera maria. Possumus tamen dicere ceteris, subaudiendo maribus, vt ait Salustius. Tres insidie facte sunt, vna et subauditur insidia. Regunt ne semper casum cum quam? Non, vt, Cesar quo ego sum fortior, adest.

Quot modis fit abusio in comparatiuis? Quatuor, constructione significatione comparatione et formatione. Constructione quomodo? Quando non habet ablatiuum vel casum cum quam: vt Pigmalion scelere ante alios immanior omnes, et manuum melior est dextera. Horatius. O maior iuuenum cum enim comparatio fit ad duo tunc regit genitiuum. Significatione quando tantum significat quantum suum positiuum: vt senior pro senex, vel minus: vt tristior, id est paruum tristis aut contrarium sui positiui, vt dulcior id est minus amarus. Comparatione quando ad diuersas qualitates comparatur, vt nix est albior coruo, vt sic per falsum melius verum cognoscatur. Formatione quando substantiua vel pronomina comparantur, vt heronior et ipsior.

Ad bonam comparationem quot requiruntur? Quatuor. Res comparata, res cui comparatur, qualitas, et quod qualitas participetur ab vtroque: vt Hector fuit fortior Enea. Que est res comparata? Hector

Res cui comparatur? Aenea. Qualitas? Fortior. Quomodo qualitas participatur ab vtroq;? Quod. Aeneas fuerit fortis, sed Hector fortior.
Quot modis fit cōparatio? Quatuor. Aut ab vno substantiuo ad aliud vt. Ego sum fortior te. Aut ad seipsum, idest vnum substantiuum? vt Ego sum fortior solito, vel ditior hodie quam heri. Aut ab vno adiectiuo ad aliud, et tūc semper fere vtimur aduerbio magis, vt, Ego sum magis fortis quam doctus. Aut ab vno verbo ad aliud, vt, Ego malo vitam quam mortem, et Magis lego quam disco.

De superlatiuis nominibus.

Quid est nomen superlatiuum? est illud quod ad plures sui generis comparatum superponitur omnibus, vel per se prolatū habet intellectum sui positiui cum valde aduerbio: vt, Achilles fuit fortissimus Grecorum, idest fortis super omnes Grecos: et est superlatio specialis Hercules omnium fortissimus, vniuersalis seu generalis. Hercules fortissimus idest, valde fortis, absoluta.

A quot partibus orationis veniunt superlatiua? A quatuor: a nomine, a participio, a prepositionibus et ab aduerbijs. A quibus nominibus formantur? A nominibus adiectiuis secunde, et tertie declinationis. Que veniunt a nominibus adiectiuis secunde declinationis vnde formantur? A genitiuo singulari addita s, et simus, vt clarus, clari addita s, et simus fit clarissimus. Preter anomala, bonus, optimus, malus, pessimus, magnus, maximus, paruus, minimus, multum, plurimus, et terminata in ficus, vt, munificus, munificentissimus, magnificus, magnificentissimus et in dicus, vt maledicus, maledicentissimus: licet aliqui deducant a participio maledicens: et in loquus, vt, magniloquus, magniloquentissimus. Nouissimus, idest vltimus, significationem sui positiui non habet.

Que veniunt a nominibus adiectiuis tertie declinationis vnde formantur? A genitiuo singulari addita simus, vt fortis, addita simus fit fortissimus: preter ea que in limus, terminant, et in hac dictione fagus cōtinētur, vt facilis, facilimus, agilis, agilimus, gracilis, gracilimus, humilis, humilimus, similis, simillimus, et eorum composita, vt dissimilis, dissimilimus: et, secundum Vallam, docilis, docilimus.

Nomina in er desinentia tam secunde quā tertie declinationis vnde formant superlatiuum? A nominatiuo singulari addita rimus, vt niger, nigerrimus: acer acerrimus: preter, dexter, dextimus: et sinister, sinistimus.

Deterrimus non fit a verbo sed ab antiquo nomine deter.

A participio quomodo formantur? Sicut a nominibus adiectiuis secunde et tertie declinationis: vt, optatus, optati, optatissimus: amans, amantis, amantissimus.

concordare si est unus ...

A preposit[i]onibus quot ſuperlatiua fiunt? Octo. citra citimus, vltra vltimus, ſupra ſupremus, infra infimus, intra intimus, extra extimus, vel extremus, poſt poſtremus, prope proximus, quod pro cognato poſitum comparatur, vt proximior abſque ſuperlatiuo.

Ab aduerbijs quot ſuperlatiua fiunt? Tria, a pridem primus. a nuper nuperrimus a ſepe ſepiſſime.

Superlatiuū quē caſum regit? Genitiuū pluralē, vel ſingularē, nominis collectiui vt Ceſar fuit fortiſſimus Romanorū, vel populi Romani, ⁊ omnes caſus poſitiui Virgilius, Ditiſſimus agri Phenicum.

Quod eſt nomen collectiuum? Eſt quod in ſingulari numero multitudinem ſignificat, vt populus, gens, turba, vulgus.

Que differentia eſt inter comparatiuum ⁊ ſuperlatiuum? Hec ꝙ comparatiuum comparatur tam ad vnum quam ad plures ſui vel alieni generis, ſuperlatiuum vero niſi ad plures ſui generis: vt ſuperius patet.

Quoties thema nō poteſt fieri per ſuperlatiuum, quomodo fiet? Per comparatiuum addendo multo: vt Ceſar fuit multo fortior. Hectore Troianis ꝫ omnibus: ⁊ ſic videtur comparatiuum ſignificare pluſquā ſuperlatiuum Cice. de officijs. Vale igitur mi Cicero, tibiqꝫ perſuade eſſe te quidem mihi chariſſimum: ſed multo fore chariorem. ⁊c.

Differunt ne he dictiones per, perquam, ⁊ quam? Differunt. Nam per ⁊ perquam iunguntur poſitiuo: vt, tu es perdoctus. perquam doctus quam vero pro valde ſuperlatiuo: vt quam doctiſſimus, quā celerrime. Tantum etiam, ⁊ quantum, quam pro quantum, aliquantum multum paulū, ⁊ minimum propria ſunt poſitiui: quam pro quantum ſi ſequatur poſitum, etiam ſuperlatiui. Multo etiam ⁊ longe pro valde tam comparatiuo quā ſuperlatiuo adiungitur: vt multo doctior, ⁊ longe doctior. multo doctiſſimus, ⁊ longe doctiſſimus. Tanto autem: ⁊ quanto, paulo, ⁊ nimio, comparatiuo magis conueniunt. Item hoc, quo, eo, quo, ⁊ tanto, pariter in comparatiuo locantur. Plin. Triticum, quo ſerius metitur, eo copioſius inuenitur. Item. Quo maius eſt animal, tanto diutius formatur in vtero.

De relatiuis.

Quid eſt relatiuum? Eſt quod rem antelatam refert iterum.

In quod partes diſtribuitur relatiuum? In duas, in relatiuū ſubſtantie, ⁊ relatiuum accidentis.

Quid eſt relatiuum ſubſtantie? Eſt quod refert antecedens ſubſtantiuum: vt, Petrus, qui quod quidem ſi duobus interponatur ſubſtātiuis poteſt ⁊ antecedenti ⁊ cōſequenti ſubſtantiuo reſpondere: vt, Eſt locus in carcere qui vel quod Tullianū appellatur Lege additiones. Interdū quoqꝫ habet antecedēs in verbo: vt, Tu curris, qd eſt mihi difficile.

... habet ... nominatiuus ...
... accusatiuus ...

Quid est relatiuum accidentis? Est quod refert antecedens adiectiuũ. vt, Sum magnus quanta est Catharina. Concordat enim cum substã tiuo sequenti.
Que sunt relatiua substãtie? Qui, que, quod, is, suus, sui, ipse, ille, ⁊ idẽ ⁊ secundum aliquos, alius, alter, reliquus, ⁊ cetera ceterũ: sed hec qua tuor postrema sunt diuersitatis, quia referunt vnum ⁊ supponunt pro alio illa vero identitatis, quia referunt vnum ⁊ supponunt pro eodem.
Que sunt relatiua accidentis, Qualis, quantus, quot, quotus, quotẽnis cuius, cuias, ⁊ alia multa que a quot uel quotus cõponi possunt: ut quo tuplex, quotuplus, ⁊ similia.
Qui, que, quod, quot modis accipiũtur? Tribus relatiue, vt, Sũ pius, Aeneas raptos qui ex hoste penates Classe veho mecum Interrogati ue. Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris. Infinite. Nescis quam rem agas, aut quem hominem diligas.
Quis ⁊ quid quot modis ponũtur? Duobus, interrogatiue, vt, Quis es tu, ⁊ quid agis? Infinite. Nescio quis sis, aut quid agas.
Quis ⁊ qui improprie quomodo ponuntur? Pro qualis, ⁊ sic quidem admiratiue. Terentius. Quis tibi videor? ⁊ Virg. Qui iuuenes quan tas ostentant aspice vires. Item quo pro quanto vt quo magis, idest quanto magis. Item qui ponitur pro quomodo aut propter quid. Teren. Qui istud? idest, quomodo, aut cur.
Que sunt dictiones que componuntur cum quis? Nam, qꝫ, piam, pu tas: ⁊ quam. Cum nam. Quinam, quenã, quodnã, chi. Cũ qꝫ. Quisqꝫ, queqꝫ, quodqꝫ, ciascuno. Cum piam, Quispiam, quepiam, quodpiam alcuno. Cum putas. Quisputas, queputas, quodputas, chi. Cum quam. Quisquam quequam, quodquam, alcuno.
Que sunt dictiones que componuntur cum qui? Dam, vis, cumqꝫ, ⁊ libet. Cũ dam. Quidã quedam, quodam, alcuno. Cũ vis. Quiuis, que uis quoduis, chi se voglia. Cũ cunqꝫ, Quicunqꝫ, quecũqꝫ, quodcũqꝫ, ciascuno lo quale. Cum libet. Quilibet, quelibet, quodlibet, ciascuno.
Sui quomodo ponitur? Reciproce: vt, Pater amat se, aut etiam retrã sitiue: vt, Cicero rogat te, vt venias ad se.
Suus quomodo ponitur? Reciproce sicut primitiuum: vt Pater amat filios suos, ⁊ interdum non reciproce. Cicero in epistolis. Com mendo tibi maiorem in modum domum suam pro eius.
Is, ea, id, quot modis ponitur? Duobus. Relatiue, vt, Deus diligit bonos, ⁊ ego eum colo. Redditiue, vt. Is qui Deum colit est bonus.
Ipse, ipsa, ipsum, quot modis ponitur? Tribus. Relatiue in tertia per sona, vt, Ego deum colo, ⁊ ipse benefacit bonis. Demonstratiue, vt. Ego ipse, tu ipse, ille ipse, ipse solum pro ego ipse, ipse pro tu ipse, ⁊ ad

emphasim, idest, excellentiam. Quidius, Tantalides omnes ipsumqz regebat Achillem.
Ille, illa, illud quot modis ponitur? Quatuor: figurate, idest, ad emphasim. Virg. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena: Relatiue. Ego deum colo, et illum cupio videre. Demonstratiue, Uiden tu illum? Redditiue, Ille qui legit discit.
Alius, alia, aliud, quot modis ponitur? Tribus. Relatiue. Video Petrum et alios homines, Discretiue, Sum alius a te, idest, quam tu. Diuisiue. Hominum alij quiescunt, alij laborant.
Alter et alius quomodo differunt? Alter dicitur de duobus, alius vero de pluribus.
Quę sunt distributiua de duobus? Alter, alteruter, vterqz, neuter, vter, ac prior.
Quę sunt distributiua de pluribus? Alius nemo, nullus, quis, primus, quidā, quilibet, et omnis, qꝫ etiā potest esse collectiuū, construuntur cū gtō vel abltō cū prępositione, e, ex, et de, vt. Quilibet horū vel ex his legit. Relatiua geminata, et assumētia cunqz quot modis accipiunt? Quatuor. Primo pro distributiuo et relatiuo simul, ut. Quisquis aut qcunqz legit discit, idest, omnis qui legit discit. Secūdo, ꝑ relatiuo tantū, vt Deus omnia quęcunqz voluit fecit pro quę. Tertio pro distributiuo tantū, vt, Ego diligo quēcunqz hominē idest omnē hominē. Quarto infinite, Virgil. Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo est. Et hec hactenus.

De relatiuis accidentis.

Relatiua accidentis incipientia a, e, vel a, q. quot modis accipiunt? Tribus. interrogatiue, vt qualis es? Relatiue. Ego sum albus, qualis es tu. Infinite. Nescio qualis sim, cuias sim. Relatiua incipientia a t. quot modis accipiuntur? Tribus. Relatiue: vt. Ego sum albus, et talis es tu. Redditiue. Sum talis qualis es tu. Infinite. Sum talis vt non ęgeam opera tua.
Qualis quid significat? Qualitatem. Quę sunt adiectiua significantia qualitatem? Bonus, malus, sapiens, stultus, albus, niger, doctus, indoctus, vt, Sum albus qualis es tu, eius redditiuum est talis,
Quantus quid significat? Quantitatem. Quę sunt adiectiua significantia quātitatem? Magnus, paruus, longus, breuis, crassus, subtilis, vt, Formica est parua quantus est pulex, eius redditiuum est tantus.
Quot quid significa? Numerum. Quę sunt adiectiua significātia numerum? Duo, tres, quatuor, et similia: vt, Sunt mihi decem aurei quot tibi eius redditiuum est tot.
Quotus quid significat? Ordinem. Quę sunt adiectiua significantia ordinem? Primus, secundus, tertius, quartus, et similia, vt. Primus

tu es quotus ego sum, et redditiuum non habet, nec sequentia, preter qu in quotuplex et quotuplus.
Quotennis quid significat? Numerum annorum. Que sunt adiectiua significantia numerum annorum? Uniennis, biennis, triennis, quadriennis et similia, ut. Sum vigennis, quotennis es tu.
Quotennis tamen, et quotus nusquam apud bonos legitur, rarissime etiam sequentia reperiuntur. Melius sic igitur. Sum vigennis ut tu, primus ut tu. Puer hic est anniculus, bimus, trimus, ut ille.
Ad quotuplex per que adiectiua respondetur? Per similia, ut, simplex, duplex, triplex, quadruplex, et similia, ut. Mea vestis est duplex, quotuplex est tua.
Ad quotuplus per que adiectiua respondetur? Per adiectiua ponderis, et mensure, ut, simplus, duplus, triplus, quadruplus, et similia, ut. Ager reddidit mihi triticum centuplum quotuplum, volebam.
Ad cuius, cuia cuium, per que adiectiua respondetur? Per nomina possessiua, ut, Euandrius, Cesarianus, Pompeianus: et per pronomina possessiua ut, meus, tuus, suus, noster, et vester: ut. Puer est meus cuia est virgo, apud Terentium, secundum Seruium dicendum est cuius, quod trium generum est: ut, Puer est Petri, vel meus, cuius est virgo. Primum enim illud est vetustissimum.
Ad cuias per que adiectiua respondetur? Per nomina et pronomina gentis et patrie. Que sunt adiectiua nomina gentis? Italus, Gallus, Germanus, Pannonius, et similia: et deriuantur ab vrbibus, seu alium de: vt ab vrbe Mediolano, Mediolanensis. vt, Sum Mediolanensis cuias es tu. Relatiua ista si quibus paulo longiora videbuntur, omittantur. Ubi enim relatiua substantie pueri didicerint accidentis reliqua aggrediantur. Relatiua substantie nullo pacto abijcienda sunt, nam sunt in oratione creberrima: illa vero, preter tria prima rarissima.

De participijs.

Quid est participium? Est quod a verbo trahitur, habens genus et casum ad similitudinem nominis: a verbo autem tempora, et significationes ab vtroque numerum et figuram. Quare inuentum est participium? Ut oratio fit breuior et dilucidior: vt, Odi persequentes te. Breuius enim sic dicitur quam Odi illos qui te persequuntur.
Quot sunt genera participiorum? Quinque, masculinum, vt lectus, femininum, vt lecta, neutrum, vt lectum, commune, vt, legentes, omne, vt hic, et hec et hoc legens.
Quot sunt tempora participiorum? Quinque, duo coniuncta, et vnum per se: presens et preteritum imperfectum simul, in ans vel in ens, vt amans et legens: preteritum perfectum et plusquam perfectum simul, in

tus

tus,in sus,in rus, ⁊ vnum in tus,quod est mortuus, vt amatus, visus,
rus: ⁊ futurum per se,vt amaturus ⁊ amandus.

Quot sunt figure participiorum: Due,Simplex, vt legens, composita, vt perlegens.

Quot sunt significationes participiorum: Quinq3: actiua, vt, amans: passiua, vt,amatus: neutralis,vt,seruiens: cõmunis,vt largiens: depo-nentalis ; vt persequens.

A Uerbo actiuo quot participia descendunt: Duo, nisi careat supi-no: vnum in ans vel in ens,aliud in rus. Participium in ans vel in ens cuius temporis est: Presentis ⁊ preteriti imperfecti, ⁊ formatur a prima psona preteriti imperfecti indicatiui modi mutata bam in ns, vt amabam, bam in ns fit amans. In rus cuius temporis: Futuri, ⁊ for-matur ab extremo supino addita rus,vt amatum,amatu,addita rus fit amaturus. Si verba actiua carent supino quot participia ab eis descen-dunt: Unum in ans vel in ens. Descendit ne in rus: Non, quia defici-ente supino deficit etiam ipsum participium quod formatur ab ipso.

Que sunt verba actiua carentia supino: Hec.

Urgeo, cum renuo, metuo,timeo, spuo, posco,
Compesco, sugo, disco,simul arceo, lingo,
Caluoq3 cum viso, cerno coniugere debes,
Ango anctum profert, anxus quoq3 rus fugit aufem.

A Uerbo passiuo quot participia descendunt: Duo nisi careat supi-no, vnum in tus vel in sus, ⁊ aliud in dus. Participium in tus vel in sus cuius temporis: Preteriti perfecti ⁊ plusquam perfecti,⁊ forma-tur ab vltimo supino addita, s,vt, lectum, lectu, addita s, fit lectus. In dus cuius temporis: Futuri, ⁊ formatur a genitiuo sui presentis parti-cipij mutata tis in dus: vt amans amantis, tis in dus fit amandus. Si verba passiua carent supino quot participia ab eis descendunt: Unum in dus. Que sunt verba passiua carentia supino: Ea que dicta sunt in actiuo per additionem, r, vt ambigo, ambigor.

A Uerbo neutro quot participia descendunt: Duo nisi careat supi-no, vnum in ans vel in ens, aliud in rus. Participium in ans vel in ens cuius temporis: Presentis ⁊ preteriti imperfecti, ⁊ formatur a prima persona preteriti imperfecti indicatiui modi, mutata bam in ns, vt seruiebam,bam in ns fit seruiens. In rus cuius temporis: Futuri,⁊ formatur ab vltimo supino addita rus:vt, seruitum, seruitu, addita rus fit seruiturus. Si verba neutra carent supino, quot participia ab eis descendunt: Unum in ans vel in ens.

Que sunt verba neutra carentia supino: Omnia que Priscianus ap-pellat inchoatiua,vt,horresco,ferucsco: ⁊ meditatiua,vt,micturio,item

ambigo, mando, volo, furio, luo, dego, Inceo, polluceo, fulgeo, estuo, sterto, mico, rudo, strido, strideo, psallo, conquinisco, parco, peperci: nam parsi habet parsum, lateo, ⁊ pareo: Et omnia verba secundę coniugationis quę faciunt preteritum in vi diuisas syllabas: vt, egeo, egui. Preter hęc vndecim, scilicet, arceo, arcitum: placeo, placitum: noceo, nocitum: pateo, passum: mereo pro milito, ⁊ mereor meritum: oleo, olitum, vel oletum: liceo, licitum: valeo valitum: careo, caritum, vel cassum: doleo, dolitum: torreo, tostum.

Quę sunt verba neutra quę habent tria participia? Verba neutra passiua, scilicet, gaudeo, gaudens, gauisus, ⁊ gauisurus: audeo, audens, ausus, ⁊ ausurus: soleo, solens, solitus, ⁊ soliturus: fido, fidens, fisus, ⁊ fisurus: fio autem factus ⁊ faciendus a facior antiquo mutuat, facturus vero a facio venit. Similiter cęno, cenans, cęnatus, ⁊ cęnaturus: nubo, nubens, nupta, ⁊ nuptura: quiesco: quiescens, quietus, ⁊ quieturus: placeo, placens, placitus, ⁊ placiturus: pateo, patens, passus, ⁊ passurus: assuesco, assuescens, assuetus, ⁊ assueturus: prandeo, prandens, pransus, ⁊ pransurus: iuro, iurans, iuratus, ⁊ iuraturus: titubo, titubans, titubatus, ⁊ titubaturus.

Quę sunt verba neutra, quę habent quatuor participia? Neutra transitiua: vt, arans, aratus, araturus, ⁊ arandus. Quare sic? Quia habent passiua in tertijs personis.

A Verbo cōmuni quot participia descendūt? Quatuor, duo in significatione actiua in ans vel in ens, ⁊ in rus: vt largiens, ⁊ largiturus: vnū in significatione passiua in dus: vt largiendus, ⁊ aliud in vtraqꝫ in tus vel in xus: vt, Ego largitus sum equū, ⁊, Equus largitus est a me.

A Verbo deponenti quot participia descendunt? Tria nisi careant supino: in ans vel in ens, in tus vel in sus, vel in xus, ⁊ in rus, vt sequens, secutus, ⁊ secuturus.

Participium in ans vel in ens vnde formatur? A prima quoqꝫ persona preteriti imperfecti indicatiui modi mutata bar in ns, vt sequebar, sequens. Si verba deponentia careant supino quot participia ab eis descendunt? Unum in ans vel in ens.

Quę sunt verba deponentia carentia supino? Liquor, medeor, vescor, ⁊ reminiscor.

Quę sunt verba deponentia quę interdum possunt habere participiū in dus? Ea quę olim fuerunt communia, vt sequor, sequendus, idest quem debemus sequi.

Quę sunt participia quę carent origine verbi? Decursus, regnatus, laboratus, triumphatus, ⁊ erratus.

Quę sunt nomina quę videntur esse participia? Hęc, galeatus, scuta-

tus, pileatus, tunicatus, manicatus, manulatus, caligatus, bracatus, & plura alia.

P Articipiũ quot modis transit in vim nominis? Quatuor: constru ctione: cõparatione, cõpositione, & temporis amissione. Constru ctione quando regit casum quem nõ potest regere suũ verbum: vt, do ctus iuris, & amans sui. Comparatione quando ex se format compara tiuum vel superlatiuũ, vt amans, amantior, amantissimus. Compositio ne quando componitur cum prepositione cum qua non cõponitur su um verbum, vt innocens & inaratus. Temporis amissione quando pro prium amittit tempus, vt amandus, idest dignus amari.

Participium ante se quem casum regit? Nullum. Et post se? Casum sui verbi, & vltra, vt, Liber datus est a me tibi. Ponitur tamen absolute in ablatiuo casu, vt, volente discipulo discere, parum laborat magister, idest, dum aut quando vult discipulus discere, & ablatiui absoluti resol uuntur per dum, donec, & postquam, si, quando, quia, & quanquam, vt multis exemplis patet apud Peroti regulas.

Participiũ in ans vel in ens quot vulgaria habet? Tria, amans, aman te, che ama, & che amaua. Latine, qui amat, vel qui amabat.

In tus, sus, vel in sus, quot? Tria, amatus: amato, & che e stato, ouero era stato amato, latine qui amatus est, vel fuit, vel fuerat.

In rus quot? Duo, amaturus, per douer amare, & che amara, latine, qui amabit. In dus quot? Duo, amandus da essere amato, & che sara amato, latine qui amabitur, vel quem debemus amare.

P Retermittendũ nõ est, quod si detur thema per participia quę nõ inueniantur ꝑpter defectionẽ supini, debet cõponi p verbũ eiusdẽ tẽporis, & relatiuũ, qui, quę, quod: vt. Il maestro temuto da li scolari le ge. Magister quem timuerunt discipuli legit. Aut debet componi per participium quod inueniatur, sic, Magister formidatus a discipulis le git. Si quoq; significatiõ desit, sic erit cõstruendum. Pietro seruito da me e giusto. Petrus cui seruiui ego est iustus. Pietro perseguitato da lo inimico correua. Petrus quem hostis persecutus est, currebat.

De patronymicis nominibus.

Q Uid est nomẽ patronymicũ? Est illud quod deriuatur a proprijs nominibus patrum, & significat filium vel nepotem cum genitiuo primitiui, aut filiam vel neptem, aut alium descendentem: vt, Aeacides idest filius vel nepos. Aeaci: hęc Aeacis, idest filia vel neptis Aeaci.

Quare inuentum est patronymicũ? Causa metri: vt, Hanc tua Priami des. A quibus nominibus descendit? A Grecis, & rarissime a Latinis, sicut, Scipio Scipiades: vtimur enim latini possessiuo: vt Iuno Sa turnia, idest Saturni filia: Scipio Aemilianus, idest Aemilij filius:

A quot declinationibus veniunt patronymica? A tribus, a prima, a secunda, ⁊ a tertia.

Que veniunt a prima quomodo formantur? A genitiuo singulari e in a mutata, ⁊ addita des: vt, Aeneas Aeneę: e, in a fit Aenea, ⁊ addita des fit Aeneades.

Que veniũt a secunda quomodo formantur? Tribus modis. Primo si genitiuus singularis desinit in i solum additur des: vt, Priamus, Priami, addita des fit Priamides. Secundo si genitiuus singularis desinit in duo, ij, vltimũ, i, vertitur in a, ⁊ additur des: vt, Menetius. Menetij, i, in a, fit Menetia, ⁊ addita des, fit Menetiades. Tertio si genitiuus singularis desinit in ei, ei vertitur in i longum, ⁊ additur des: vt Peleus, Pelei, ei in i, longum fit Peli, ⁊ addita des fit Pelides. Si veniunt a tertia declinatione quomodo formãtur? A datiuo singulari addita des vt, Hector, Hectoris, Hectori, addita des fit Hectorides.

Patronimica feminina quot terminationes habent? Tres, in as, in is, ⁊ in ne, in as, ⁊ in is formãtur a masculinis remota de: vt, Peliades remota de fit Pelias, Priamides remota de fit Priamis: ⁊ semper formantur ab integro: vt, Theseides pro Thesides, Theseis, in ne vero formantur a genitiuo primitiui addita ne, vt, Adrastus, Adrasti, Adrastine. Si autem genitiuus desinit in ei, ei vertitur in i longum, ⁊ additur ne, vt, Nereus, Nerei, Nerine. Quando autem genitiuus desinit in duo ij, vltimum i vertitur in o longum, ⁊ additur ne, vt Acrisius, Acrisij, Acrisione.

Quot modis fit abusio in patronymicis? Quatuor modis. Primo ab auis maternis: vt, Athlantiades idest Mercurius Maię Athlantis filię filius. Secundo a nominibus matrũ: vt, Iliades, idest Romulus filius Ille. Tertio a regibus siue cõditoribus: vt, Theseidę ⁊ Cecropide idest Athenienses a Theseo rege, ⁊ Cecrope conditore Athenarum. Quarto a fratribus: vt. Phaetontiades, idest sorores Phaetontis, ⁊ semper Patronymica sunt abusiua, nisi deriuentur a proprijs nominibus patrum, ⁊ possunt causa metri addere, vel diminuere, ⁊ mutare syllabam: vt, Anchysiades pro Anchisides, ⁊ Scipiades pro Scipionides, ⁊ Tydeus Tytides. De figuris.

Quid est figura? Est aliqua arte nouata dicendi forma. Quotuplex est figura? Triplex: dictionis, locutionis, ⁊ constructionis.

Quid est figura dictionis? Est quę fit in sola dictione vel addendo vel diminuendo syllabam vel literã, aut a principio dictionis: aut a medio, aut a fine: vt gnatus pro natus, ⁊ est Prothesis: induperator pro imperator, Epenthesis: dicier pro dici, Paragoge: mitte pro dimitte, Apheresis: deuũ pro deorũ, Syncope: Achilli pro Achillis, Apocope.

Quid

Quid est figura locutionis? Est quę fit in ornatu: vt, Fontem superare Timaui, idest Timauum. Fit enim pluribus modis, nam figurarum pene infinitus est numerus.

Quid est figura constructionis? Est quę habet vitium in constructione sed excusatum, vt, Pars in frusta secant.

Quot sunt figurę constructionis? Octo. Prolepsis, syllepsis siue conceptio, zeugma, synthesis, antiptosis, euocatio, appositio, et sinecdoche.

Quid est Prolepsis? Est attributio proprietatis toti in suas partes diuiso, vt, Aquilę volant hęc sursum illa deorsum.

Quot requiruntur in Prolepsi? Quinque: totum, partes eius siue copula, determinationes partium, proprietas, et ordo.

Quod est totum? Aquilę. Partes? Hęc et illa. Determinationes partium? Sursum et deorsum. Proprietas? volant Ordo? Quod preponitur totum, Proprietas sequitur. Potest quandoque tamen pars sequi deinde proprietas: sed totum tunc genitiui casus erit.

Quotuplex est Prolepsis? Duplex, explicita et implicita. Explicita est in qua sunt quinque prędicta requisita. Implicita est in qua subauditur altera partium cum sua determinatione: vt, Homines inuident alter alteri, subauditur enim et alter alteri.

Quid est Syllepsis? Est diuersarum dictionum sub plurali proprietate conceptio: vt rex et regina albi.

In syllepsi quot requiruntur? Quinque, dictio concipiens maioris dignitatis, dictio concepta, copula, proprietas verbi vel adiectiui pluralis numeri, et quod proprietas concordet cum dictione concipiente, et discordet a dictione concepta. Quę est dictio concipiens? Rex. Dictio concepta? Regina. Copula? Et. Proprietas? Albi.

Quot modis fit Syllepsis? Quatuor, in genere, in numero, in persona, et in casu. In genere quomodo? Quando masculinum genus concipit fęmininum et neutrum: vt, Rex, regina, et animal albi, aut quando fęmininum concipit neutrum: vt, Regina, et animal albę. Potest tamen neutrum aliquando concipere masculinum et fęmininum ratione generalitatis: vt, Malleus, et securis, et omne ferramentum audita sunt in domo domini. In numero? Quando numerus pluralis concipit singularem: vt, Milites et tribunus pugnant. In persona? Quando prima persona concipit secundam et tertiam: vt, Ego, et tu, et Paulus disputamus. Aut quando secunda concipit tertiam: vt, Tu et Paulus disputatis. In casu? Quando nominatiuus concipit ablatiuum cum prępositione: vt Remo cum fratre, Quirinus, Iura dabunt.

Quid est Zeugma? Est vnius proprietatis ad diuersas dictiones facta redditio, ita tamen quod cum vna concordet: vt, Ego lego et tu

In Zeugmate quot requiruntur? Quinque, aliqua vel duo substantiua copulata, copula, proprietas, redditio proprietatis vni per prius ⁊ alteri per posterius, ⁊ quod proprietas concordet cum illo cui attribuitur per prius, ⁊ discordet ab illo cui attribuitur per posterius. Que sunt illa diuersa substantiua copulata? Ego ⁊ tu. Copula? Et. Proprietas? Lego, que concordat cum illo cui attribuitur per prius scilicet ego ⁊ discordat ab illo cui attribuitur per posterius, scilicet tu. Redditio proprietatis? Ego ⁊ tu legis.

Quotuplex est Zeugma? Triplex: a superiore, a medio, ⁊ ab inferiore. A superiore quomodo? Quando proprietas preponitur: vt. Lego ego ⁊ tu. A medio? Quando proprietas interponitur, vt, Ego lego ⁊ tu. Ab inferiore? Quando proprietas postponitur: vt, Ego, ⁊ tu legis, licet potius legimus sit dicendum.

Quid interest inter Syllepsim ⁊ Zeugma? Hoc, quod proprietas, idest verbum vel adiectiuum in zeugmate potest esse singularis ⁊ pluralis, vt Ego lego ⁊ tu. Mebrei sunt ⁊ ego. In syllepsi vero semper est numeri pluralis. Est notandum quod proprietas pluralis numeri in Zeugmate interponitur: vt. Celi mouendi sunt ⁊ terra. In Syllepsi autem post ponitur: vt. Celi ⁊ terra mouendi sunt.

Quid est Synthesis? Est attributio proprietatis vni vel pluribus copulatis non gratia vocis sed significati: vt, Anser feta, ⁊, Scipio ⁊ Lelius admirantur.

Quot requiruntur in Synthesi? Tria, vnum subiectum vel plura copulata, proprietas attributio proprietatis concordans cum significato, ⁊ discordans cum voce: vt, Pars in frusta secant. Quod est subiectum? Pars. Que est proprietas? Secant, que concordat cum significato, quia pars plures significat: ⁊ discordat in numero cum voce: que est pars. In quot accidentibus fit Synthesis? In duobus, in genere, vt, Anser feta, in numero, vt, Turba ruunt, in genere ⁊ in numero simul: vt, Pars hominum validi.

Quomodo dignoscitur Synthesis? Quando aut discordat adiectiuum a substantiuo: vt. Anser feta, aut relatiuum ab antecedente: vt. Studiorum Mediolanum, quod vbique floret, aut nominatiuus a verbo, vt, Turba ruunt.

Quid est Antiptosis? Est cum ponitur casus pro casu, vt, Urbem quam statuo vestra est, vrbem pro vrbs.

Quid est Euocatio? Est cum prima persona vel secunda euocat tertiam sine copula sub proprietate verbi prime vel secunde persone, que concordet cum dictione euocante, ⁊ discordet a dictione euocata: vt, Ego Uirgilius cano. Que est dictio euocans? Ego. Dictio euocata? Uirgilius. Proprietas? Cano.

Quid est appositio? Est immediata coniunctio duorum substantiuorum que sint eiusdem casus: vt Vir gregis ipse caper deerrauerat sed non semper eiusdem numeri. Ouidius, Quid meruere boues, animal sine fraude, dolisue.

Quot modis fit appositio? Tribus: primo causa generalitatis restringenda, vt, Animal homo currit, Secundo causa equiuocationis remouende, vt, Canis stella lucet, Tertio causa proprietatis attribuende, vt, Cesar vir fortis, et sic omnis appositio fit causa declarationis.

Quid est Synecdoche? Est cum proprietas partis, que fit accusatiui casus, attribuitur toti, vt Facie mutatus et ora Cupido, idest habens faciem et ora mutata. Quod est totum? Cupido. Que est pars? Faciem et ora. Proprietas? mutatus.

Quot modis fit Synecdoche? Tribus, primo in nomine adiectiuo, vt, Os humerosque deo similis. Secundo in verbo passiuo, vt, Flauaque caput nectuntur oliua. Tertio in participio, vt, Sinus collecta fluentes. Est et Synecdoche locutionis, hec fit cum aut a parte totum ostenditur vt, Hostis habet muros, aut a toto pars. vt, Fontemque ignemque ferebant. Sunt et insuper Prolepsis, Syllepsis, et Zeugma locutionis, Prolepsis locutionis est presumptio rerum ordine secutarum, vt interea reges, ingenti mole Latinus, Procedunt castris. Turnus, deinde Aeneas. Syllepsis est dissimilium clausularum per vnum verbum conglutinata conceptio, vt sunt nobis mitia poma, castanee molles, et pressi copia lactis. Zeugma est vnius verbi conclusio diuersis capitulis clausulis apte coniuncta, vt, Troiugena interpres diuum, qui numina Phoebi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui sydera sentis.

Additiones, ne quid valeat desiderari quod vspiam lectum sit.

In primordiis nominum.

Proprium nomen est quod vni soli rei conuenit, vt, Petrus, Mediolanum. Appellatiuum est quod pluribus conuenit. vt, homo, vrbs. Corporale quod corpus significat, vt, homo. Incorporale quod non corpus significat, vt, virtus. Omonymum seu equiuocum quod vna voce res diuersas significat, vt, nepos. Synonymum quod diuersis verbis idem significat, vt, ensis, gladius, mucro. Generale quod in diuersas species patet dividendo, vt, animal, arbor. Speciale quod a genere diuiditur, vt, homo, equus, vitis, laurus.

In verbis actiuis.

Recipio te, idest accipio: recipio tibi, idest promitto. Consulo iurisperitos, idest peto consilium a iurisperitis: consulo tibi, idest do tibi consilium: consulo honori meo, idest prouideo. Perdidi pecuniam perdidi patrem, idest amisi: perdam inimicos, idest destruam. Coge-

re compellere,coniungere,coadunare,ſignificat,Superare,vincere,ſuperesse,vt. Pecuniæ superant,ideſt superſunt,neutrum eſt. Non eſtimo inuidos vno aſſe,vel vnius aſſis,dicimus Incuſo ⁊ accuſo differũt. Incuſamus maiores,accuſamus pares vel inferiores. Legare eſt mittere. Legare eſt ⁊ teſtaméto relinquere. Do tibi litteras ad Ciceronem,ideſt do tibi litteras,quas feras ad Ciceroné. Do tibi libꝛũ dono, duobus, cum datiuis. Reddere eſt reſtituere: reddere consignare: vt, Reddo tibi litteras,reddere facere: vt, Reddam te doctum,ideſt faciam. Mitto tibi ⁊ ad te. Reſcribo tibi ⁊ ad te. Orare eſt ꝓcibus petere, exorare vero impetrare, Celo te hanc rem. Celo tibi hanc rem. Celo te de hac re. Boues paſcuntur herbis. Boues paſcunt vel paſcuntur herbas. ſic impertio vel impertior. Impertio te hac re. Impertio tibi de hac re ⁊ hanc rem. Lactare eſt lac pꝛębere,lactere vero lac ſugere. Amouere eſt remouere, admouere adiungere. Eripio tibi ⁊ a te hanc rem. Quęro hanc rem abs te,⁊ Quęro te de ſtatu reipub. Peto ⁊ poſtulo hęc abs te etiam dicitur. Interdico tibi acqua ⁊ igni, vel aquam ⁊ ignem, dicitur. Ité paſſiue. Tu interdictus es acqua ⁊ igni,⁊ Acqua ⁊ ignis interdictus eſt tibi. Interdictum eſt aqua igni,ſed ſic eſt magis imperſonale.

In verbis neutris.

Cum mihi multa grata ſint, ſum cum datiuo vltra. Item. Non eſt quempiam fallere. Cernere erat,ideſt,cernere licebat. Diſcipuli eſt honorare magiſtrum, hoc eſt intereſt, cum infinito. Quantum eſt ſumito, pro quantum valet,⁊ Quę eſt ad Hiſpaniam,ideſt,quę vergit ⁊ expoſita eſt. Memini huius rei ⁊ hanc rem ideſt recordor. Memini huius rei, vel de hac re, ideſt mentionem feci. Deficio pecunia. Pecunia deficit mihi. Inopem deficiunt amici, ideſt deſerunt,actiuum. Hęreo parieti: hęreo pro dubito abſolutum eſt. Caue tibi,caue ab illo, caue illum, caue cadas,⁊ caue ne cadas, Vaco literis, ideſt,do operam literis. Vaco cura,ideſt careo. Vacant carmina,ideſt, abundant ⁊ ſuperflua ſunt. Debeo tibi,ideſt debitor ſum. Debeo tibi talentum,⁊ Conſulo tibi comodum, actiua ſunt. Pulſo campanam, non autem ſono. Pulſo pugnis pectora, ideſt percutio. Pulſo citharam, ideſt, ludo, ſeu cano citharæ: ſed magis actiuum eſt; poteſt quoqꝫ dici ſono cithara ablatiuo caſu. Item. Nec vox hominem ſonat,ideſt, ſonando exprimit Apud Virgil. Calco ſole,⁊ calleo ſilenda,vt. Dicenda ſilendaqꝫ calles, vnde callidus aſtutus. Mereo etiam varie céſtruitur, vt Mereo damnis, mereo vel mereor laudem, mereo ſub pꝛincipe,ideſt milito. Bene mereor vel male mereor de te, ⁊ ſic ſignificat tractare. Promeremur bona, commeremur aũt mala. Demereri etiam dicimus bene mereri. Emeriti quoqꝫ milites dicuntur, qui ob ingraueſcenté ętatem ab onere militandi liberantur

rantur, nec amplius merent. Latet anguis in herba. Nec latuere doli fratrē Junonis ⁊ irę apud Virg. Viuo vitam, sicut etiā obeo mortem. Viuunt asinū pro asinine, ⁊ Bacchanalia viuunt pro bacchanaliter dicimus, Itē. Euigilasti prœlia, idest, euigilando scripsisti. Pernoctare est totam noctem insomnem ducere, peruigilare idem etiam significat, sed hoc etiam die fit, illud nocte, vnde pernox ⁊ peruigil. Venio pro eo is, sicut contra eo pro venio. Migrare est domiciliū mutare, seu etiā mori. Remigrare est ad primum domicilium reuerti. Transmigrare vero est longius ad habitandū ire. Ire ⁊ iter facere idem sunt, sed iter facere est ire seu viam ingredi, facere autem viam est aperire transitum per quem iri possit. Incumbo studijs. Incūbo in studia vel ad studia etiā bene dicitur. Exulamus Romæ. Viterbij. de loco, ⁊ in loco. Nubere tantū dicitur de mulieribus, datiuo quoq3 adiūgitur: vt, hęc tibi nupsit. Liceo, ⁊ liceor, a quo licitor deponens transitiuum: vnde etiam pollicitor.

In verbis deponentibus.

Potior etiam cum genitiuo potest congruere. Obliuiscor, recordor, ⁊ reminiscor etiā cum accusatiuo. Misereor quoq3 apud sacros cū datiuo. miseror vero transitiuum est. Medicor, est ⁊ medico medicas. Virgil Semina vidi equidē multos medicare serentes. Moderor quoq3 cum accusatiuo cōstruitur. Aucuparis gloriā, per translationē dicitur. Consulamur verbis, solamur alijs rebus. Meditari proprie est exercere, precari rogare deprecari autem precando auertere. Ouid. Mortem quoq3 deprecor idē Mutuor ⁊ mutuo idem teste Pris. lib. vij. significat. sicut fęneror ⁊ fenero. Senec. epist. lxxxi. Quāto hilarior est qui soluit quam qui mutuat. ⁊c. idest, mutuo accipit. Isidorus etiam lib. xx. cap. vij. Sed verum latini a Græcis, an Græci a Latinis hec vocabula mutuassent incertum est. Sene. epist. ij. Quantū pascat aut fęneretur idest ad vsuram det. ⁊ epist. xl. Multum serit, multū fęnerat, Cicer. item in Lelio inquit. Neq3 enim beneficiū fęneramur, ⁊ Prouerbiorū xix. Feneratur domino qui miseretur pauperis, de quo vide etiam in mutuo. Letari ⁊ gaudere differunt, letitia enim extrinsecus per gestus exprimitur, gaudium vero intus est. Gratulor etiam cum datiuo. Perotus acquisitiuū duntaxat esse cōtendit: significat ⁊ gratias agere, cum ad deum refertur, vt, Gratulor deo. Contristor ⁊ contristo. Virgil. ⁊ leuo cōtristat lumine celum, sic comitor ⁊ comito: populor ⁊ populo, secundum antiquos. Piscor, pisces inquiro: expiscor, piscando pisces capio. Grassari est cum impetu ire ⁊ male faciendi animo. Patior vnde perpetior idem est.

In verbis communibus.

Dehortor Julium a poesi. Moror ⁊ remoror etiam retinere aut retardare significant. Patior te ⁊ patior abs te secundum Donatum,

Obliniscor quoq; & aggredior communia sunt. Virg. Nūc oblita mihi tot carmina. Cicer. Et a te aggrederer donis.

In verbis impersonalibus.

A me curritur pro ego curro dici potest. Item. Placet mihi me esse largū, &, Placet mihi esse largus. Lucā. Tutumque putauit iam bonus esse socer. Ouidius. Qui precor esse tuus. Terentius. Item quę sese inhoneste optauit parare hic diuitias, quā in patria pauper viuere, qui loquendi modus a Grecis, fluxit, apud quos frequentissimus est: vt in sacris literis. Popule meus, quamquam meus possit etiam esse antiquus vocatiuus, vt, Socer arma Latinus habeto. Oportet quoq; inuenitur personale. Teren. Quę oportent omnia huic ad salutem esse video. Decet quoq; cū datiuo: vt Istud facinus nō decet generi nostro. apud Teren. Plau. Teduit ēt & pertęduit in preterito reperiūtur. Miserescit etiam huius ordinis inuenitur. Terent. Atq; inopis te miserescat mei potest quoq; esse personale. Virgil. Et miserescimus vltro. Piget, & pudet interdū quoq; reperiuntur personalia. Teren. Quē neq; pudet quicquā Idem. Quod nos postea pigeat. Infinita pręsentis, & pręteriti imperfecti temporis quandoq; ante se casum sui verbi habent, & tunc ponūtur pro pręteritis imperfectis verbi sui indicatiui modi. Salust. Alij abdere pars territos confirmare pro abdebant, confirmabant. Infinita quoq; verborum, & orationes infinitę a verbis reguntur a parte post pro casu: vt, Cupio legere, cupio te esse eruditū: vnde cum adiectiuo coniunguntur. Pers. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter:

Pręcepta quędam generalia de verbis.

Omne verbū potest poni absolute, vt, Amo, idest, Amore captus sum, seruio: lętor. Item fere omne verbum vltra proprios casus potest habere datiuum, item ablatiuum significantē instrumentum alium significantem casum, aliū quoq; cū prępositione: vt. Scribo librū mihi calamo bonitate eius in membranis, est enim ablatiuus instrumentalis, causalis, & absolutus, qui fit ex participio pręsentis, & pręteriti imperfecti temporis, & ex participio pręteriti perfecti, & plusquam perfecti tēporis, & ex nomine dignitatis: vt Scipione consule capta est Carthago. Virgil. Non ego Daphnim, Iudice te, metuam. Nota etiam quod verba possunt esse diuersorum ordinum: vt, Audio te, audio tibi, audio Virgilium abs te. Pręterea nomina significantia tempus melius ponuntur in accusatiuo quā in ablatiuo sine prępositione. Item, si duo substātiua sine copula apponātur, alterum ponitur in genitiuo: vt, Recubans sub tegmine fagi nisi in appositione figura: vt, Cęsar vir fortis. Item, &, q;, atq;, ac, nisi pręterquā, & quā, copulant similia: vt, Arma virumq; cano, nisi quoq; repugnet alia fortior regula: vt, Fui Mediolani & Venetijs.

In gerundijs.

Gerundia quot terminationes habent? Varias: vt, Veni causa colendi agrum, vel colendi agri. Ego legendo disco, idest, dum lego. Veni ad legendum. Inter legendum venisti, idest, dum legerem, legendū est, idest necesse est legere. In legendis libris proficio. Gerundia quam significationem habent? Tam actiuam quam passiuam, quia veniunt tam ab actiuis quam passiuis. Quomodo habent actiuam? Virgil. Cantando tu illum? haud vnquam tibi fistula cera Iuncta fuit, idest, dum cātares, quomodo habent passiuam? Idem. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis, idest dum incantatur.

In aduerbijs.

Dic aduerbia quę duo verba requirant in cōstructione. Sicubi, si quo & similia: o geminata, vt, vbi vbi, & assumentia cunq3, vt Sicubi fui, fui Romę Si quo ibo faciam te certiorem. Vbi, vbi, & vbicunq3 fuero, me minero tui. Da themata superius pretermissa. Veniemus humo, scilicet in resurrectione. Per calcatum transi patrem, per calcatā transi matrem, vtiq3 si religionis ingressus vetaretur, apud Hier. In campo curro, si lis, bene dicis, in illo. In campum curro si exterius fueris. Ab oppido per prędia ad locos equito. Ad orientem versus nauigaui.

In comparatiuis.

Nequior, & nequissimus vnde fiunt? A nequā, a potis etiam potior, potissimus, a Gręco, ocys, ocyor, ocyssimus: ab egregie, egregius quoq3 apud Iuuenal. Dic etiam nunc themata in comparatiuis, quę apud cōplures reperiantur. Achilles fuit fortior magisquam iustior Aenea: vel Achilles fortior Aenea magisquam iustior, Donatus dicitur. Aiax fuit Vlisse fortior magis quā Diomede. Fuit tam iustior quā felicior Aeneas Hectore. Sum maior vel minor natu fratre meo, Sum maior vel minor viginti annis. Mouimur celerius opinione nostra. Grauior dextra metallo, apud Boe, Ac si longior fuerit quā latior, apud Collū. Habeo plusquā trecentos aureos, fient. Plusquā ciuilia bella Habeo triginta annos plus vno. Habeo decē annos diebus quinq3 minus. Et iusta cęli plus parte reliquit. Apud Virg. Diligo nullum minus aut plus ęquo. Audisti hanc lectionē plus milies. Et super niuem dealbabor, idest magisquam nix. in Psal. sic etiam Virg. in Georg. inquit. Cui super indignas hyemes &c. Nullum omniū pręstantius, apud Pli. sed Gręco more locutus est. Gręci enim carētes ablatiuo, in cōparatiuis genitiuo vtūtur. Et possit videri nullum animal in terris homine pręstantius, apud Apuleium. Propius vrbem mouetur. Propius stabulis armenta teneret apud Cicer. & Virgil. sic, Proxime Hispaniam Mauri sunt, apud Salu. Comparatiua enim, & superlatiua a pręposititionibus deducta pre

er suam constructionē genitiui vel ablatiui, volunt casum positiui, idest prepositionis me: quamquā propius, vt vidimus, etiam datiuum habe re possit, sicut propior & proximus: vt, Propior aut proximus Oceano vel Oceanum, dicitur quoqꝫ ad Oceanum propius. Itē proxime deos accedo, aut deos proxime. Lege Thesaurum Mancinelli.

In superlatiuis.

Dic reliqua superlatiuorum exempla. Tu es omnium discipulorum pe ritissimus excepto Francisco. Pli. de raptis. E cunctis, Setiana mini ma excepta Tusculana. Attende e cunctis minima, sic minor compara tiuū apud Ouid. Cum minor e pueris, & ex duobus filijs maior, apud com. Ces. fortissimus ante alios vel ex alijs. Extimus illius, illi & ab il lo, lege Thes. Utrum, & quid in comparatione differunt ne? Differunt: vtrum enim comparatiuo damus, quid vero superlatiuo. Quintil. Ita nō tantum vtrum sit melius, sed quid sit optima queritur. Similiter cō paratiuo iungitur omnis seu etiam positiuo. Quintil. Seruulus, pen nates, & omnia vtiliora. Sal. in Catil. Omnes bonos perditum eant su perlatiuo antē quisqꝫ: vt, optimus quisqꝫ: maximus quisqꝫ fortitudine debet hostibus resistere: Dicimus tamen plus quisqꝫ, strenuus quisqꝫ item numeralia: vt tertius quisqꝫ. Cicer. Primo quoqꝫ die consules ad Senatū referant, & quotus quisqꝫ. Positiui omnes possunt ne habere comparatiuum & superlatiuum? Nō: senex, iuuenis, adolescens, & diues carent superlatiuo: & etiam habentes e ante us: vt, idoneus. Memor, ru dis, singularis, etiam comparatiuo, & mediocris, secūdum Diomedem. Notandū est postremo apud Grecos comparatiuū referri ad vnū sui generis, superlatiuū autē ad plura eiusdē generis: sed ad plures diuersi generis comparatiuo vtuntur, cui genitiuum quoqꝫ adiungunt, cum ablatiuo careant, quod & Latini imitati sunt vtiqꝫ interdum.

In relatiuis.

Qui, que, quod, potest ne antecedenti & consequenti substantiuo con iungi, vel si proprium vel si appellatiuū sequatur? Potest. Valer. Max. lib. ij. Antea Senatus assiduam stationem eo loci peragebat, qui hodie cenaculum appellatur. Cel. lib. viij. de. Bel. Gal. Protinusqꝫ Alexiam, quod est oppidum Mandubiorum iter facere cepit. Sall. Est locus in carcere quod Tullianum appellatur. Tul. pro. P. Sextio. Tum con uenticula, hominum, que postea ciuitates vocauerunt: tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus. Ser. autem lib. i. Aene. aliter ex parte sentit sed a superioribus autoritatibus conuincitur. Suus interpretatur ne etiam congruus? Interpretatur: vt, Sua numina colunt. idest con grua. Is & hic differunt ne? Differunt. Is spatio longiore accipitur, hic vero propinquiore, multis tamē in locis cōfunduntur, sicut iste pro hic,

& ille

& ille pro is, apud poetas, Quotus reperitur ne etiam pro quot? Reperitur, Fabius. Quotç, & quç partes orationis, accipitur quoqz pro parius. Luc. Pars quota terrarũ. Uterqz & ambo etiam sunt relatiua. Ad quoteni referuntur bini, terni, quaterni: vt. Quoteni itis? Terni.

In participijs.

Quç sunt participia quç in voce passiua actiuã habẽt significationẽ? Circumspectus, qui circunspicit: consideratus, qui agenda considerat disertus, qui bene disserit: cautus, qui cauet: tutus, qui tuetur: argutus, qui arguit idest, inuestigat: falsus, qui fallit: aliquando tamen passiue. Terent. Falsus est, idest, deceptus, & alia. Quç sunt participia quç in voce actiua passiuã habent significationem? Euidens negotium dicitur quod videtur aperte: non quod videt: indulgentior facies quç pulchra nõ quç alijs indulgeat, sed cui alij indulgeant. Prçterea magnificentissimos ludos dicimus, quasi magnifice factos: & sic honorificentissimos. Participia prçsentis temporis, cũ substantiuantur, cuius generis sunt? Neutri: vt accidens, contingens, antecedens, consequens, conueniens prçsens. Quç sunt participia quç cũ substantiuãtur sunt masculini generis? Oriens, occidens profluens, quo duo flumina conueniunt. Quç sunt participia quç cum substantiuantur sunt fçminini generis? Continens, consolans, animãs: nonnunquam tamen in neutro genere reperiuntur, sed magis in plurali, vt animantia. Prçgnans autem a nullo originem habere videtur. Prçterea pransus, iuratus, & cenatus, vtranqz significationem habent: dicimus enim hominem cenatũ actiue. & olus pransum passiue: idem dicitur potus & potatus. A sum, es, est, fui, futurus etiam deriuatur: id vero ostendunt affuturus & defuturus. Ab impersonalibus fiunt ne etiam participia? Minime: nisi pertçsus a tçdet, quod genitiuo & accusatiuo iungitur Macro primo de somnio. Pertçsus necessitatis. Suet. in Cçsare. Pertçsus ignauiam suam. Item penitus. Suet. in Uitellio. Pçnitens facti. Nam pudendus in pudorem habendus, pigendus, carendus, dolendus & similia nomina potius dicenda sunt vel participia abusiua. Dic thema quod omnia alicuius verbi contineat participia: item alia si libeat. Joanne arante & per douer arare la terra arata & da essere arata da gli rustici molto si fatica. Joannes arans & araturus terram aratam & arandam a rusticis multũ laborat. Tu medichi & medicherai quello ilquale dapoi medichera te che hai medicato ogn un, loquale ti perseguita. Tu es medicans & medicaturus medicatum o tibi medicato cuicũqz etiam te persequenti. Uoi hauete da odire. Uos estis audituri. Che si dic dire? Quid dicẽdum est? Fatti li fondamenti, ouero fatti che saranno li fondamenti, edificherai. Factis fundamentis edificato.

In patronymicis.

Tydeus eius dic eius patronymicum. Tytides. Quare non potius Tytides? Quia Tytides nō bene sonat: nam euphonia: idest bona consonātia potius attenditur in fine quā in principio: hoc est quare potius dicendum est in aduerbijs. Deus est quocunqz iuerīs, non autem vbicunqz.

In figuris.

Diuellimur inde Iphitus et Pelias mecum. idest, Ego et Iphitus, et Pelias. Que figura est? Conceptio seu syllepsis in persona. Non est in casu, sicut Remo cum fratre. Quirinus iura dabunt Non est, quia hic prima persona mecū est dignior: illic tertia: et vbi maior est minor cessat: ergo est syllepsis in persone et non in casu: licet videatur esse in casu.

De locutione.

Dicturus quoqz de elocutione orandiqz modo, que iactis grammatices fundamentis ad modum necessaria est (Solet namqz pro uerbialiter dici. Purus grammaticus purus asinus) quid epistola sit, unde dicatur, quid officium eius, quot epistolarū genera, et quid postremo in eis obseruandum sit prius referre institui. Rem itaque aggrediar.

Epistola quid et vnde dicatur.

Epistola est quasi certa quędam nuntia nostrarum rerum interdum et alienarum, et fida interpres mentis nostrę: descendit autem a verbo epistello, quod est, significo mitto mando, iubeo.

Epistolare officium quid.

Epistolare officium est absentes, si quid sit quod eos aut de re familiari, aut quotidiana conseruatione scire oporteat certiores facere.

Epistolarum genera.

Epistolarum genera multa sunt: octoginta a Mario Philelpho, qui et precepta artis rethorices pro occurrētis temporis opportunitate explanauit, cum exemplis suis distincta sunt: sed tria ex omnibus sunt potissima: primum familiarissimum appellatur, cuius causa res ipsa inuenta est: vt certiores de aliquo faceremus absentes, alterum familiare, et iocosum: tertium seuerum et graue.

Quid in epistolis obseruandum sit.

Que in epistolis rationes, vtar enim Marij verbis, obseruantur. Prima ratio stili: vt familiarissima sit in stilo infimo: familiaris in stilo medio cri: et grauis in stilo summo. Secunda ratio artificij: vt familiarissima simplicem habeat rei expositionem, vt inter familiarissimos dicitur, do, accipe, mitto, fac, sine multa circuitione, aut argumentatione, aut apparatu. Familiaris vero aliquid sed modicum apparatur argumentatione. Grauis autem pro rei qualitate, aliquando vim orationis summę, aliquando mediocris, aliquando paruę, tenet. Nam

oratio summa sex habet illas superiores orationis partes: & nos eas infra connumerabimus, hoc est, si dicatur de pace aut bello tenédo, in senatu, vel apud principem, oratio mediocris caret confutatione, nónunquá & exordio. In causa honestissima, vt in nuptijs, oratio parua est, quę caret exordio & narratione, interdú & diuisione: vt in visendo principe, vbi dicitur, quare illo ventum sit, & quid petatur, vt superius dictú est. Quotuplex igitur est epistola grauis, quotuplex est oratio: & aliquando omnes orationis complectitur partes, aliquando aliquas. Nunc quia stili habita est mentio, de eius ratione ac veritate dicendum videtur.

De stilo.

Stilus infimus non continet verba ignaris pedagogulis cómunia sed ornata, at non exquisita: nam habet sententias vulgares sed eruditas, at non raras. Stilus autem mediocris habet non rara admodum & exquisita verba vel sententias, sed meliora longe ac rariora infimo stilo. Stilus auté maximus & verba complectitur rara, & sententias crebras, & auctoritatibus nititur, & profusiores habet structuras.

Hęc marius cum exemplis,

Grauis est quę constat ex verborum grauium magna & ornata constructione: mediocris, quę constat ex humiliore, neqꝫ tamen ex infima & peruulgatissima verborum dignitate: attenuata est que dimissa est vsqꝫ ad vsitatissimam pueri consuetudinem sermonis. Stilus a Cicerone appellatur figura a nonnullis etiam character.

De quinque partibus artificiosę eloquentię.

Quinqꝫ partibus artificiosa eloquentia constat: inuentione, dispositione, eloquutione & si oratio agenda sit, memoria, & pronuntiatione. Est enim opus inuenire quid dicas, inuenta disponere, deinde ornare verbis, post memorię mandare, tum ad extremum agere & pronuntiare cum dignitate & venustate. Inuentio itaque est rerum verarú aut verisimilium excogitatio, quę causam probabilem reddant. Dispositio est ordo & distributio rerum quę demonstrat quid quibusqꝫ locis sit collocandum. Eloquutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio. Memoria est firma animi rerum & verborum dispositionis perceptio. Pronuntiatio est vocis, vultus, & gestus, moderatio cum venustate. Inuentio in sex partes orationis consumitur in exordium, narrationem, diuisionem, confirmationem, confutationem, & conclusionem. Exordium (in hoc enim pro qualitate rei, attentos, beneuolos, dociles, auditores facimus) est principiú orationis, per quod animus auditoris aut iudicis constituitur vel apparatur ad audiendum. Narratio est rerum gestarum aut perinde, vt gestarú expositio Diuisio est per quam exprimimus quid conueniat, & quid in controuer-

sia sit, ⁊ per quam exponimus quibus de rebus sumus dicturi. Confirmatio est nostrorum argumentorum expositio cum asseueratione. Confutatio est contrariorum locorum dissolutio. Conclusio est artificiosus terminus orationis. Hec Cicero in Rheto. no. Conclusio vero secundum Marium est terminus orationis, qui complectitur breuiter rationes in vniuersa oratione tractatas, ⁊c. Hec habet duas partes, enumerationem ⁊ amplificationem. Lege partitiones Ciceronis.

De eloquutione quam Greci phrasim dicunt.

Elocutio spectatur ex verbis aut singulis aut coniunctis. In singulis intuendum est vt sint Latina perspicua ornata, ⁊ ad id quod efficere volumus accommodata. In coniunctis, vt emendata vt collocata vt figurata. Tres res in se debet habere. Elegantiam, compositionem, ⁊ dignitatem. Elegantia est que facit vt vnumquodque verbum pure ⁊ aperte dici videatur. Hec diuiditur in latinitatem ⁊ explanationem. Latinitas est que sermonem conseruat purum ab omni vitio remotum. Vitia in sermone quo minus is Latinus sit duo possunt esse Solecismus ⁊ Barbarismus. Solecismus est pars orationis vitiosa, vt mr albus. Barbarismus est cum verbum aliquod vitiose profertur. Explanatio est que orationem reddit ⁊ apertam quoad vocabula, ⁊ dilucidam quoad sententias. ea comparatur duabus rebus, vsitatis verbis ⁊ proprijs. Vsitata sunt ea que versantur in sermone ⁊ consuetudine quotidiana. Propria sunt que eius rei verba sunt aut esse possunt, de qua loquimur. Compositio est verborum constructio equaliter perpolita. Que ne in hac fugienda sunt vitia supposuimus. Dignitas est que reddit ornatam orationem, varietate distinguens.

De compositione.

Compositio verborum vsu atque exercitatione venit: de ea aures, que velut arbitre compositionis esse dicuntur, iudicant. Aures enim, vt Fabius scribit, plena sentiunt, parum expleta considerant, fragosis offenduntur, lenibus mulcentur, contortis excitantur, stabilia probant, clauda deprehendunt, redundantia ac nimia fastidiunt. Compositio itaque debet esse honesta, iucunda, ⁊ varia.

In compositione quatuor esse necessaria.

In omni porro compositione ista sunt necessaria. Ordo, iunctura, auctio, ⁊ numerus. Ordo compositio est verborum aptis ⁊ accommodatis locis. Ordinis obseruatio est in verbis ⁊ singulis ⁊ contextis. Singula sunt que asyntetha vocantur, idest sine compositione. Cesar. Veni. vidi, vici. Contexta autem eiusmodi. Cum maximo, ⁊ te, ⁊ tuos, amore semper prosecutus sim: debes tu quoque operam dare, vt ⁊ ego cum meis omnibus, non modo abs te diligar, verumetiam peramer obseruerque.

Iunctura.

Iunctura ipsa non modo in verbis est sicut diximus, sed in rebus ipsis & periodis, & in libris. Debet enim coniungi periodus periodo, liber libro sicut in Aeneide Virgiliana cernimus. Tandem quicquid a nobis editur bona procedatur serie, indesinentiq; iunctura oportet: id quod omnium esse difficillimum in poetica attestatur Horatius: vbi inquit. Tantum series iuncturaq; pollet.

Auctio.

Auctio quoq; in cõpositione seruanda est. Augeri enim debet oratio, & insurgere sic. Aristoteles magni & excellentis ingenij extitit: nõ aũt excellentis & magni: sic enim diminueretur.

Numerus.

Numerum, autore Cicerone aures ipse metiũtur, an compleas verbis quot proposueris, aut redundes: hoc modo. Turpissima queq; nõ castigant, quia ipsi turpes, sic enim posterior clausula non est cõpleta quoniam & ipsi turpissimi, sic completa & ad numerum. Oportet namq;, ne circuitus ipse verborum sit aut breuior quam aut aures expectant, aut longior quam vires aut anima patiatur.

De dignitate.

Dignitas, vt supra diximus, est quę reddit ornatam orationem, varietate distinguens: debet enim non solum tractatio varia esse, sed & verba, vt. Scio quod te quoq; nõ fugit. pro scis. Hęc in verborum, & sententiarum exornationem diuiditur. Verborũ exornatio est cum ad ipsum sermonem, propria, perspicua, ornata, idonea, electaq; verba accõmodantur, abiecta atq; absoluta tolluntur. Sententiarũ exornatio est quę non in verbis sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem.

De coloribus.

De exornationibus quas colores etiam appellat Cicero in Rethinonis latissime dixit: sed multę sunt non necessarie, ideo nisi aliquas ex magis necessarijs subijciemus.

Repetitio.

Scipio Numantiam sustulit. Scipio Carthaginẽ deleuit, Scipio pacem peperit. Scipio ciuitatem seruant.

Articulus.

Inimicos, inuidia, iniurijs, potentia. perfidia, sustulisti.

Translatio.

Italiam tumultus expergefecit terrore subito: Fit autem cũ verbum in quandam rem transfertur ex alia re, & hoc propter quandam similitudinem.

Circuitio.

Scipionis prouidentia Carthaginis opes fregit. Nam Scipio Carthaginem vicit, simplex est sermo.

Transitio.

Mea in istum beneficia cognoscitis: nunc quomodo iste mihi gratiam retulit accipite. Hac enim cum ostendimus breuiter quid dictum sit,

Sententia:

Liberus est extimandus, qui nulli turpitudini seruit sententia nāqȝ est oratio sumpta de vita.

De desinentia orationis.

Oratio in verbum sepius desinit quam in aliud quicquam, hoc modo. Consuetudine tua quam familiarissime vtor. Potest quoqȝ in negatiuam cadere dictionem, vt. Quem pre te diligam habeo neminem. Aut in aliquod insigne aduerbiū, vt. Sunt ingenia quedam, que cum in ceteris imbecilia sint, in vno tamen aut in altero valent eximie. Aut in nomen vniuersale, vt. Que facit laudant omnes. Aut in nomen superlatiuum, vt. Intelligo profecto me vnum omnium tibi esse gratissimum.

De situ casuum per orationem.

Si in oratione nominatiuus cū obliquo tantū fuerit nominatiuus plerunqȝ obliquo postponitur sic. Carthaginem Scipio Africanus deleuit. Si vero huic ⁊ alij obliqui accesserint in initio collocari solent, vt, Hispanie opulentissimā vrbē. Numātiam Scipio Aemilianus euertit. Atheniensibus leges sanctissimas Licurgus condidit. Si possessor cū possessione fuerit possessor elegantius preponitur, hoc modo. Optumi viri diuitie. Prudentissimi hominis consilium.

De adiectiuis.

Adiectiua quoqȝ venuste precedunt substantiua, vt. Tua dignitas, Optuma virtus. Inter que necnon aliquid concinne ponitur, sic. Omnium in reipub iura huius claritudo viri. Participialia ite nomina pro gerundijs venustius proferuntur, vt. Ueni, amande virtutis causa, magis quam veni causa amandi virtutem.

De relatiuo, qui, que, quod.

Relatiuum qui que quod antecedens sequi plerunqȝ solet, vt. Litere quas ad me dedisti. Nonnunquam tamen relatiuum precedit, vt Que annexe sunt cogitationes pulcherrimas inquisitiones habent. Interdū etiam sine antecedente redditiuo, sic. Que superuacua sunt abs te penitus reijcias ⁊ subauditur ea.

De prepositionum interiectione inter substantiuum ⁊ addiectiuum.

Prepositiones perpulchre inter substantiua ⁊ addiectiua nomina interiacent, vt. Feraci in agro, Iustis de causis. Nec prepositiones solum, sed ⁊ cum ipsis alia sic. Maxima in rempubl. diligentia, magna in parentes pietas. Nec minus ornate quis sic dixerit. Ob meriti cecitatē, Apud Francisci edes.

De aduerbiorum situ.

Aduerbium varie poni dubium non est, frequentius tamen prope verbum sedem obtinet, vt. Fabius maximus ante alios fortiter atqȝ animate pugnabat. Clementissimus Cesar humaniter ignoscebat. Hec omnia predicta plerumqȝ sic sese habent, ceterum diuersis, ⁊ ordinibus, ⁊ locis, vna queqȝ dictio pro aurium iudicio locanda est. Inquit

enim sic Boetius. Etenim quantũ ad compositionẽ orationis spectat, maxime differt quo verba ꝛ nomina ꝑdicationis suo ordine preferãtur.

Quedam alie promiscue exornationes.

Et aut vel particule si iteretur peruenustam reddunt orationẽ, sic. Quod ꝑbasti ceteri item ꝛ probant ꝛ faciunt. Non facile de te spe- res posse aut Mediolanũ proficisci aut inde postea cõtinuo redire. Illustratur itẽ oratio si orationi oratio alia per parenthesim interponatur sic. Suis, vt aiunt armis, illum confodisti. Item si cũ ꝛ tum particule ꝑ hac dictione partim apponãtur, vt. Cum ob doctrinã tuã tũ ꝑpter virtutẽ istuc ad te me conferam. Item si pro habeo, habes, hoc verbo, sum, es, est, vtamur: vt. Sunt nobis mitia poma. Item si duos eidem datiuos dabimus, vt. Quoniã impedimẽto mihi fueris, idest quoniam impedisti me. vel si etiam alijs prolatis circumlocutionibus vtemur, presertim his verbis afficio afficior persequor, ꝛ cõplector, vt. Iniuria hostes affeci, idem feci iniuriam hostibus. Afficior gaudio, idest gaudeo. Laudibus maiores prosequor idest laudo. Amore atq; beneuolẽtia te complector .i. amo, ꝛ sic verbalium nominũ significationem retinet, atq; nõ mediocriter decent. Itẽ si liptote quandoq; vtamur sic. Nonnullos ad te nuntios misi idest aliquos. Consiliũ equidẽ tuum non possum nõ probare, idest valde possum. Itẽ si quicquid per coniunctionem quod, vel vt. dici valebat, per infinitũ nonnunquã dicimus, vt. Audio quod Mediolani doctus euaseris. Audio te Mediolani doctũ euasisse. Itẽ si multum, plurimũ, parum, satis, ꝛ quid ꝛ alia huiusmodi genitiuo iungamus, vt. Multũ pecunie consecutus sum idest multã pecuniã. Et plurimum virium idest plurimas vires, Parum sapientie, idest paruam sapientiam, Satis virium, sufficientes vires consecutus sum. Quid animi est tibi? idest quis animus? Itẽ si postremo supino pro gerundio vtamur sic. Accidit res creditu difficilis, idest ad credendum. Mirabilis visu ad videndum. Item si dictiones has, nõ solum non modo, sed etiam, verũ etiam vsurpemus, vt. Tue mihi littere nõ solum per grate verũ etiam periucunde fuerũt. Et sic de reliquis. Item si verba translata frequenter inferamus, vt, Plurimos ab adolescentia errores imbibisti. Has nanq; trãslationes, vt inquit Cicero de oratore, quasi mutationes sunt, cum quid non habemus aliunde sumimus. Item si colores rethorici, de quibus

assiduitas sic. O tite tute tibi tanta tyranne tulisti. Uitabimus etiã eiusdé dictionis assiduitatem nimiam, ea est huiusmodi. Nam cuius rationis ratio non extet, ei ratio non est fidem habere. Non vtemur quoqꝫ similiter cadentibus verbis, hoc modo. Flentes, plorantes, lacrymantes, obtestantes. Nec minus insuper fugienda erit verborum transitio, quo in hoc vitio est. Cęlius assiduus: ꝛ hoc Ciceronianũ. O fortunatã natã me consule Romani. Item fugere oportet longam verborum cõtinuationem hoc est hyperbaton: quod tantũ proemijs est cõcessum: auditoris enim aures, ꝛ recitantis spiritũ lędit. Postremo autore Cicerone in tertio de oratore libro, componenda ꝛ struenda sunt verba sic, vt neue asper concursus, neue hiulcus fit, sed quodammodo coaugmentatus ꝛ lenis. Oratio igitur non hiulca, idest horridę iuncturę: vt Uaccę Aenecę amenissimę, non aspera: vt. Flentes, plorantes, lacrymantes, sed iuncta: ꝛ cohęrens sed lenis atqꝫ ęqualiter fluens, omniqꝫ vitio ita carere debet, vt, non modo doctorũ aures nõ refugiat, sed eas quoqꝫ magnopere delectet, ꝛ ad cupide legendum ipsos alliciat: id quod (hoc vnũ etiam pręceptũ subijciam) assequemur, si quęcunqꝫ orationis clausulam quodam aurium iudicio perpendemus, siqꝫ autores optimos imitabimur, a quibus prędicta omnia condiscamus. Nam qui eos duces sequitur, profecto nunquam aberrabit. Idem in metris faciendum censeo, in quibus epitheta pręsertim congrua inserenda sunt: vt, Ferit aurea sydera clamor. Nox atra. Salices carpetis amaras.

De laude ꝛ vituperatione in demonstratiuo genere.

Iudiciale enim ꝛ deliberatiuum prorsus exoleuerunt.

Laus est expositio amplificatioqꝫ bonorum quę alicui accidunt personę. Eius vero loca poterunt esse rerũ externarũ, corporis, ꝛ animi. Rerum externarũ sunt ea quę casu aut fortuna secunda aut aduersa accidere possunt, vt. genus, ciuitas, genus, educatio diuitię potestas, gloria, inimicitię, ꝛ quę huiusmodi sunt. Corporis sunt ea quę natura corpori attribuit commoda, vt velocitas, vires, dignitas valetudo. Animi sunt ea quę consilio ꝛ cogitatione nostra constant, vt, prudentia, iustitia, fortitudo, modestia. Ab externis laus.

Ab externis rebus sic laudabimus, vt Latinus, Grecus, Romanus, Atheniensis, si bono natus sit genere, pręclaris parentibus, pręclaris maioribus parem aut excellentiorem fuisse dicemus. Si vero humili genere ipsum in suis non in maiorum virtutibus habuisse pręsidiũ. A corporis commodis laus. Si sit in aliquo dignitas atqꝫ forma, laudi fuisse eam non quemadmodũ cęteris infamię atqꝫ dedecori dicemus, ꝛ cetera. Ab animo laus. In primis ab annis laudanda erit indoles ꝛ pudicitia. In adolescentia vero mores, studia, disciplinę, post hoc, operum,

idest

idest factorũ dictorumqꝫ contextus ⁊c. qui omnis etiã in vituperatione ordo constabat, tamen diuersus, sed hoc facere nõ est hominis christiani

Qualis preceptor esse debeat, vt ⁊ tales sint discipuli.

PReceptor omnis debet esse moratus, doctus, grauis, equus tam pauperi quã diuiti, corrector audientium, interrogantibus per benignus atqꝫ alacer non interrogantibus percunctator, frequens de honesto atqꝫ bono adhortator: cautus eorum qui molles sunt, ne alij inficiantur, corrector improbis seuerus, docilibus ⁊ bonis perhumanus, diuersis tandẽ ingenijs diuersum quoqꝫ se prestare debet. Horum autem omnium duo prima sunt potissima. Qui enim nullis egregijs moribus, nullis litteris est refertus, quo nã pacto alijs hec ipsa que pfitetur transmittere potest? Nemo dat quod non habet, prouerbium vetus, ⁊ tritũ, nihilominus quot hac nostra tempestate existunt, qui porro non sunt neqꝫ bonorum morũ, neqꝫ litterarũ professores, sed ⁊ bonorum morum ⁊ litterarũ euersores, non, vt apes laboribus intenti, sed vt fuci alieni laboris consumptores. Docẽt in vrbibus, sed melius edocerentur. Turpissima queqꝫ non castigant, quoniã ⁊ ipsi turpissimi. Audiant inquam dictum illud dominicum. Dignus est enim omnis mercenarius mercede sua. Si circa morum atqꝫ litterarum traditiones laboraueris dignus eris mercede tua, alioquin te restitutionibus obnoxium astrictũqꝫ esse scias. Suaue enim ⁊ per quam delectabile est nonnullis accipere, nec tamen laborasse. Sed non ita profecto debet, sed nõ ita, labor prius debet accipi. Nihil in terris nisi rectis artibus ⁊ iusto labore bene acquiritur. Igitur quo ad litteras attinet, nam mores ipsi a natura mentibus omnibus insiti sunt, quibus pro arbitrio possumus vel vti vel abuti, ignaris, ⁊ rudibus cõsulere volens, quid interpretandis mane autoribus, de moreqꝫ post modũ recitandis, sit, de reliquo ⁊ vno quoqꝫ die faciendum. supposui. De examinationibus. Arma virumqꝫ cano. Construe. Ego cano arma que, ⁊, virum. Quot partes hic sunt orationis? Tres, arma, virum nomina, que coniunctio, cano verbum. Cano quod verbum est? Actiuũ simplex. Quare? Quia vltra nõ vult casum. Ante se quẽ casum vult? Nominatiuum rei agentis. Vbi est? Non est, sed subintelligitur ego. Quare subintelligitur? Quia per primam personam verbi singularis numeri intelligitur ego, per secundam personam tu, ⁊ in plurali nos ⁊ vos. Post quẽ vult? Accusatiuum rei patientis. Vbi est? Arma ⁊ virũ

H uius verbi quę compositio est? Ex integro con & corrupto cano, que in i vertit. A cano da nomē masculini & fęminini generis corporale. Cantor & cantrix. Da incorporale. Cantus: canticum cantio, & cantilena. Nō contentor hoc verbo, inuado cuius figurę? Etiam compositę. Quare? Quia similiter potest diuidi in duas partes intelligibiles &c. Quomodo in duas partes? Ex in & vado. Quomodo intelligibiles? In contra, & vado per andare. Quomodo prioris sensus capaces? Quia qui armis inuadunt aliquem, necesse est quod contra vadant, sic ambę sunt & intelligibiles & prioris sensus capaces. Arma quod nomen est? Heterocli tum. Quare? Quia caret singulari numero. Varia. Pluraliter nominatiuo hęc arma, orum, is. Arma quid significant? Le arme, quibus pugnamus, arma, etiam omnium rerum instrumenta. Virg. Dicendum & quę sint duris agrestibus arma. Quod nomen ergo est? Omonimum. Quare? Quia vna voce res diuersas significat. Quid est nomē synonymum? Est quod diuersis vocibus idem significat, vt ensis, gladius, mucro, & sic reliqua excutienda sunt. Præsertim autem debemus exigere regulas, cuius generis sit vnum quodque nomen. Et idem quomodo desinunt preterita & supina verborum. Si vero pueri in aliquo errēt, nullatenus debent statim corrigi & emendari, sed eis causas erroris ostendere debemus, vt puta, variantes corpus dicunt hunc corporem, admonēdi sunt quod omnia neutra habeant accusatiuum, & vocatiuum similes nominatiuo tam in singulari quā in plurali numero, vt, hoc corpus, accusatiuo, hoc corpus, vocatiuo, o corpus. Pluraliter nominatiuo hęc corpora accusatiuo hęc corpora, vocatiuo o corpora: quod genitiuus tertię declinationis desinit in is, datiuus in i, accusatiuus in em, vocatiuus fit similis nominatiuo, plerunque ablatiuus in e terminetur, quod nominatiuus, accusatiuus, & vocatiuus plurales definant in es, genitiuus in ium vel in um, datiuus & ablatiuus in bus. Et sic in alijs declinationibus tam nominū quā verborum faciendū est. In verbis, quod omne preteritum imperfectum indicatiui modi verborum in o desinentiū terminetur in bam, vt amabam, docebam, legebam, audiebam: preteritum perfectum in i, preteritum plusquam perfectum in ram, futurum verborum primę, & secundę coniugationis in bo, tertię, & quartę cōiugationis in am in es, in et. Et sic in alijs cuiuslibet modi temporibus distinguendum erit. Similiter si themata proposita construere nesciant, vt puta, il maestro dechiara la lectione alli discipuli, sic debemus primo interrogare. Quod verbū habemus per dichiarare? Declaro, Declaro, quod verbum est? Actiuum acquisitiuum. Ante se quem casum vult? Nominatiuum rei agentis. Et post se? Accusatiuū rei patientis. Et vltra? Datiuū rei neque agentis neque patientis. Il maestro che dichiara est res agens

an patiens? Agens. Quare? Quia lui e quello che fa idest che dichiara. In quo casu ergo debet poni? In nominatiuo. La lettione est res agens an patiens. Patiens. Quare? Quia ella e la cosa che si dichiara. In quo casu ergo debet poni? In accusatiuo. Li discipuli est res agens an patiens? Neqz agens neqz patiens. In quo casu ergo debet poni? In datiuo. Construe ergo. Magister declarat lectionem discipulis. In quod si nescierint mutare per passiuum, admonendi erunt, id quod fuerit in nominatiuo per actiuũ, scilicet magister ponatur in ablatiuo per passiuũ, a magistro & id quod fuerit in accusatiuo per actiuum, scilicet lectionẽ, ponatur in nominatiuo per passiuum lectio: & quod verbum semper mutetur in eundem modum & tempus in quibus prius erat, scilicet declarat, declaratur: & quod res neqz agens neqz patiẽs nunquam mutetur nec per actiuum nec per passiuum. Ergo a magistro lectio declaratur discipulis, & econuerso fit thema factũ per passiuum verbũ. Similiter id quod fuerit per impersonale actiuę vocis mutabitur in personale: vt, Bonis placet mori. Mors placet bonis. Infinitiuũ enim semper vertitur in nominatiuo. Item id quod fuerit per superlatiuũ, mutabitur per comparatiuum, & econuerso, vt. Sum simillimus patri meorũ fratrũ. Sum similior patri meis fratribus, vel quã mei fratres. Ubi etiam casus qui regitur a positiuo idest patri, nunquam mutatur. Item id quod cõstructũ fuerit per verbum & relatiuũ, qui, quę, quod, mutabitur in participium vt. Ego qui amo te. Ego amans te. Ego qui amabo te. Ego amaturus te. Ego qui amabor a te. Ego amandus a te gratulor.


De ordine examinandi, & quid singulis diebus per hebdomadam faciendum sit.

ORdo autem examinandi hic erit: quod primo condiscipuli interrogentur & respondeant eo modo quo scriptę sunt regulę: thema dehinc proponatur construaturqz constructumqz excutiatur: & tribus primis hebdomadę diebus sic faciendum erit. Die autem Jouis, vel alio si potius libeat, minime super regulas interrogandi erunt, sed themata breuissima solum erunt proponẽda quę cum pueri legunt, vt puta, actiua, aduerbia relatiua ad totum ex ordine comprehendant, exempli gratia. Jo vado a Milano, Vadior Mediolanũ. Quare Mediolanum?

ceant, quo etiam die hebdomadarias lectiones recitent. Die vero sabbati, quas manc singulis diebus memoriter perceperint, recitent quoque: ubi autem regulas didicerint, vel paulo citius si libeat, in construendis auctoribus erudiri debent, & in his examinari, ea quę superius dicta est ratione. Erudiri autem in scandendis versibus eos oportet, & quod magis necessarium est, in componendis epistolis. Sed ante omnia cavendum erit, ne quę ante perceperint, ea obliviscantur, quod minime accidet, si sepius pręcepta iterentur, aut si alios condiscipulorum clancs examinari ipsi quotidie audiant.

Quo pacto construere debemus.

In primis si sit vocativus, vocativum accipiemus, deinde casum, qui regitur a parte anteriori, deinde verbum, postea accipiemus casum qui regitur a parte posteriori, deinde casū qui regitur ultra, postremo omnes casus, qui reguntur a prępositione, pręterea semper coniungemus adiectivum substantivo, seu id fuerit participium, sive comparativum, sive superlativum, hęc enim omnia sunt nomina adiectiva, & concordant cum substantivis in genere, in numero, & in casu, quibus etiam omnibus immediate subiungemus suos casus, eo pacto quo diximus de verbo a parte posteriori. Similiter immediate subiūgemus genitivū nomini substantivo: ut, muros hostium. Itē si quid coniungatur ab his coniunctionibus; & quę atque coniunctum illud rei vicinę pręcedenti statim erit associādum. Adverbia autem plerunque post verbum debent assumi, quod totum in hoc exemplo patebit. Alexander magnus, o milites hostiū muros, tormentis ingentibus, instructoque exercitu diruēs, in Asia sibi palmā celerius obtinebat. O milites, Alexander Magnus diruens muros hostium tormentis ingentibus, & exercitu instructo obtinebat celerius palmam sibi in Asia. Hęc constructio explenioribus est, quod si brevior fuerit tanto quidem erit facilior. Hoc prętermissum superioribus quoque pręceptis adijciam quęcunque impediunt ne verbū sit principale, ante omnia in constructione accipienda sunt.



AD LECTOREM.

Grammatices potiora tibi pręcepta redegi
Hoc in opus, lector candide percipias.
Nil positum quòd non per clara volumina cernas,
Ne spernas, stultum est te nocuisse tibi.
Hęc si dum teneres condisces, mente revelli
Non poterunt, relegas, hęc tibi semper erunt.
Quis nisi professor per se documenta recurreret
Grammatices? si vis hęc bibe dum puer es.

FINIS.

